BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
51 E
13
Digitized by Google

8.51.E.18

VIII F 13

Digitized by Google

8.51.E.18

MEMORIALE

Circa veritatem, & ſubſiſtentiam Facti,

Cui

Innititur Decretum ſan: mem: Alexandri VII.
editum die 23. Martij 1656.

Et permiſsiuum Rituum Sinenſium.

Itèmque

Circa vſum vocum *Tien*, & *Xamti*, ac Tabellæ *Kim Tien*

SANCTISSIMO D. N.

CLEMENTI PAPÆ XI.

OBLATVM

A PP. Franciſco Noel, & Caſparo Caſtner S. I. Procuratoribus
Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Epiſcoporum
Macaenſis, Nankinenſis, Aſcalonenſis, &
Electi Andreuillenſis,

Et pro Miſſionibus S. I. in Imperio Chinæ, & adiacentibus Regnis.

Die 27. Martij 1703.

Digitized by Google

Digitized by Google

Beatiſſime Pater.

1 FRANCISCUS Noel, & Caſparus Caſtner S. I. Miſſionarij Sinenſes, Procuratores ad S. V. conſtituti ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Macaenſi, Nankinenſi, Aſcalonenſi, & electo Andreuillenſi, ſimùlque pro Miſſionibus S. I. tum in Imperio Sinarum, tum etiam in alijs circumiacentibus Regnis, proſtrati communi eorum nomine ad S. V. pedes, eiuſque mandatis eo, quo decet, obſequio obtemperantes, humiliter offerunt hunc breuem ſupplicem libellum cum Summario nouorum Teſtimoniorum, proteſtantes, ſibi nihil aliud hoc loco propoſitum eſſe, quàm vt ea, quæ ad factum Sinenſis Cauſæ pertinent, S.V. ſyncerè, ac fidelitèr exponantur.

2 Sinenſis Cauſa in duas præcipuas partes diuiditur; prima ſpectat ritus quoſdam vſurpari ſolitos erga Confucium, & Progenitores Defunctos; ſecunda verò reſpicit vſum vocum Sinicarum *Xam ti*, *Tien*, ac ſimilium, quibus apud Sinas Deus O. M. ſignificatur, ſimùlque litteras illas *Kim Tien* ab Imperatore ſcriptas, & Patribus Societatis dono datas.

3 Quod igitur attinet ad ritus Confucij, & Mortuorum, cùm PP. Societatis eos tantùm ritus defendendos ſuſceperint, quos Summus Pontifex Alexander Septimus Decreto, anno 1656. edito, *permittendos eſſe* declarauit, id vnum ſuppliciter poſtulant à S. V., vt illud ipſum Decretum confirmare dignetur, nec ſinat quidquam innouari aduerſus ea, quæ à Sanctiſſimo ſuo Prædeceſſore tam ſapienter Statuta, & hactenus in China obſeruata ſunt. Etenim cùm hîc agatur de Pontificio Decreto, non priuatam alicuius Cauſam, vel vtilitatem continente, ſed ad generalem inſtructionem Fidelium, & morum regulam edito, inuiolabiliter illud obſeruandum eſſe, & vt Sacroſanctum habendum, nemo in dubium vocare poteſt, quamdiu non oſtenditur, circumſtantias in illo expreſſas non fuiſſe veridicas; qua de Cauſa ipſemet Illuſtriſſimus D. Maygrot, cùm vellet aliqua prohibere ex ijs, quæ ſciebat Alexandri VII. Decreto fuiſſe permiſſa, id tentare auſus non eſt, niſi priùs in tertio articulo ſui mandati, quod harum denuo excitatarum controuerſiarum fons fuit, & origo, declaraſſet: *Quæſita*

Digitized by Google

ſuper Capitibus inter huiaſce Miſſionis Operarios controuerſis Alexandro Summo Pontifici propoſita multis in rebus non fuiſſe veridica : quod quidem fidenter aſſeruit, ſed hactenus nullo modo probauit.

4 Quin contrarium potiùs nos in præſenti oſtendemus, eaſdem ſcilicèt circumſtantias verè, ac fideliter expreſſas, & facti relationem propoſitam Sanctæ Sedi anno 1656. à P. Martino Martinio S.I., eidèmque Alexandri VII. Decreto inſertam, omni ex parte fuiſſe veridicam. Idque primùm in genere de tota illa relatione, tum in ſpecie de ſingulis eius punctis oſtendemus, non tam rationibus vtentes, quàm Teſtimonijs autenticis, ijſque plerumque recentibus (quibus etiam, quæ hactenus Romæ circa factum Sinenſe expoſita ſunt à PP. Societatis in hac Cauſa, plenè confirmabuntur) parati inſuper id ipſum factum diſtinctiùs explicare, & ex doctrinâ Sinicâ, ac rationibus nouis, grauibuſque comprobare, ad omnem nutum S. V.

Veritas facti expoſiti in Decreto Alexãdri Septimi primùm in genere comprobatur Teſtimonÿs Epiſcoporũ Chinæ tum Ordinariorum, tumVicariorum Apoſtolicorum.

5 Ante omnia verò quiſquis vel partem noſtri Summarij perluſtrauerit, facilè agnoſcet, nullo modo ſubſiſtere ea, quæ Illuſtriſſimus D. Maygrot in declaratione ſui mandati ad S. Sedem tranſmiſſa ſcripſit, & referuntur *in Hiſt. Cult. Sinen. pag.366.* = *Vix vllum in China Miſſionarium eſſe exiſtimo, ſi Patres Societatis excipias, qui hanc R. P. Martinij propoſitionem veridicam fuiſſe affirmet*. Illuſtriſſimus enim Aſcalonenſis antiquus Miſſionarius Sinarum ex Ordine Sancti Auguſtini in *Summario Num.1. litt.G. pag.12. in principio*, de ſe ipſo aſſerit his verbis = *Ex quo capi intelligere aliquid de iſtis controuerſijs, ſemper habui mihi perſuaſum, idque palàm dixi; Informationes anni 1656. præferendas eſſe tanquam certiores Informationibus factis anno 1645.* = Itèm *litt.F. pag.9. circa finem*, vbi ſimilia prædictis teſtatur; ſed clariùs adhuc, & expreſſiùs *eâdem litt. pag.10. circa finem* in hunc modum ait = *Nam ſi antea periculo non vacabat illorum via, qui volebant ſequi propoſitiones, & reſponſiones datas Patri Morales anno 1645., quid erit hodie, quando Teſtimonÿs omni exceptione maioribus probatur, à P. Martinio deceptum non fuiſſe S. Officium, quin potiùs bene informatum, vti debebat, anno 1656.?*

6 Nec minùs illuſtre Teſtimonium de veritate relationis eiuſdem P. Martinij, præſertim in punctis Capitalibus ad hanc quæſtionem ſpectantibus, dedit R. P. Fr. Auguſtinus à Sancto Paſchale Ordinis Sancti Franciſci Miſſionarius antiquus Sinenſis relatus in *Summario Num.2. litt.S. pag.31.*

circa

Digitized by Google

circa finem ibi = *Sinæ nullam diuinitatem Animabus Defunctorum concedunt, nihil ab ÿs ſperant, aut petunt: Hæc vltima verba (P. Martinÿ) video ego poſita cum maxima aduertentia, & oſtendit (P. Martinius) in illis intelligentiam, quam habebat de rebus Sinicis: Nam in doctrina Sinica inuenio illa eſſe vera &c.*

7 Et quidem pro huius relationis, ac facti veritate oſtendendâ, conteſtandâque, ipſimet Illuſtriſſimi Ordinarij Sinarum Epiſcopi, nempe Macaenſis, & Nankinenſis nos Procuratores ſuos ad Sanctitatem Veſtram ſpecialiter conſtituerunt, mandantes etiam nobis expreſsè, vt contra aliorum *falſas informationes*, eorum nomine proteſtaremur, vti conſtat ex eorum litteris patentibus in *Summ. Num.1. litt.A. pag.5., & litt.B. pag.6.*

8 In eadem Sententia eſſe conſtat Illuſtriſſimum D. Bernardinum ab Eccleſia, olim Epiſcopum Argolicenſem, nunc verò Epiſcopum Pekinenſem, qui vehementer improbans Illuſtriſſimi Domini Maygrot, & Sociorum eius molimina contra Decretum Alexandri VII., & communem Sinarum praxim in illo permiſſam, expreſſis verbis non ſemel dixit = *Vereor, ne fortè in oppugnandis his Societatis opinionibus multum Carnis & Sanguinis interſit*; prout in *Summario Num.1. litt.D. pag.7. poſt medium*. Idem Illuſtriſſimus Pekinenſis ab aliquibus Miſſionarijs conſultus circa eandem praxim, mandauit illis ſimul cum Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Baſilitano, vt eam pergerent obſeruare, vti narrat ex Epiſtola R. P. de Alcala Dominicani Illuſtriſſimus D. de Lionne in ſua ad D. Charmot Epiſtola Typis impreſſa *pag.312.*, & propterea eiuſdem Illuſtriſſimi Pekinenſis auctoritatem Accuſatores horum Rituum ſemper pro Viribus imminuere conati ſunt, adeò, vt Illuſtriſſimus D. Maygrot, loquens de eodem Præſule, quamuis iam à plurimis annis in China verſato, ſcribere non ſit veritus ad S. Sedem his verbis = *Cùm reuera dictus Epiſcopus nec linguam, nec litteras Sinicas calleat, propriam, vt opinor, ÿs de rebus Sententiam non habet. In declaratione mandati, quæ refertur in Hiſt. Cult. Sinen. pag.*388., quod certè nunquam dixiſſet, ſi illum ſibi fauentem habere ſperâſſet. De eodem Illuſtriſſimo Pekinenſi videri etiam poteſt *Summ. Num.1. litt.O. pag.21. poſt initium*.

9 Quòd etiam Illuſtriſſimus D. Gregorius Lopez, natione Sinenſis, ex Ordine Sancti Dominici Epiſcopus Baſilitanus, & poſtea Nankinenſis, hoc ipſum factum, in Decreto Alexandri VII. expoſitum, veridicum eſſe exiſtimauerit,

Digitized by Google

conſtat tum ex eius tractatu *de Cultu à Sinenſibus tum Magiſtro Confucio, tum Parentibus, proauiſque Defunctis exhiberi ſolito*. Itèmque ex pluribus eiuſdem litteris iam impreſſis, & ex praxi, quam ipſe perpetuò ſecutus eſt, & quam eiuſdem Conſilio alij quoque Chinæ Miſſionarij, ac Præſules, ſecuti ſunt, vt ſpeciatim de ſe ipſo teſtatur Illuſtriſſimus D. Aſcalonenſis in *Summ. Num.* 1. *litt.D. pag.*7. *ante medium*.

10 Eiuſdem verò cum Illuſtriſſimo D. Lopez ſententiæ tunc temporis fuiſſe Illuſtriſſimum D. à Lyoniſſa, ſufficienter colligitur ex eo, quia dicto D. Lopez tractatui propria manu ſubſcripſit, cùmque in latinum *vertit*, *& in meliorem formam redegit*, *& auxit*, vt dicitur in fine eiuſdem tractatus, cuius originale Romæ habetur.

11 Ipſe verò Illuſtriſſimus Aſcalonenſis, idem factum anno 1656. rectè, ac fidelitèr fuiſſe propoſitum, eiuſque veritatem iam compertiſſimam eſſe, diſertè declarat pluribus paginis huius *Summarij ſub Num.*1., ac ſpeciatim *litt.D. pag.*7. *poſt medium litt.E. pag.*7. *in fine*, *litt.F. pag.*9. *circa medium*, *& fin.*, *& pag.*10. *circa fin.*, Itèm *litt.G. pag.*11.

12 Huius Illuſtriſſimi D. ſingularis ſapientia, ac rectitudo ipſimet Romanæ Curiæ abundè nota eſt. De ſe autem ille affirmat, priuſquam ad alterutram partem ſe inclinaret, omnia ſe exactè examinaſſe, plurimùmque diligentiæ, ac laboris in harum rerum ſtudio poſuiſſe *Summario Num.*1. *litt.E. pag.*7. *circa finem*, *ac litt.H. pag.*13. *ante medium*: ibi = *Ego ex quo huc veni, his Libris Sinicis ſtudere non deſtiti, multàque annotaui eo animo, vt integrum tractatum ſuper iſtis controuerſijs ſcriberem*.

13 Veritatem eiuſdem facti multiplici Teſtimonio confirmat Illuſtriſſimus Electus Andreuillenſis, & Vicarius Apoſtolicus in *Quei Cheù*, plùs, quàm 20. annorum Miſſionarius in Sinis, proùt in *Summario Num.*1. *litt.P. initiò pag.*22., vbi non ſolùm de ſuo, verùm etiam de Communi aliorum Miſſionariorum ſenſu teſtatur, aſſeritque *expoſitionem facti de Sinenſibus controuerſijs* à PP. S. I. anno 1700. oblatam Sac. Congregationi Sancti Officij, quæ recèns in Sinas perlata fuerat, omninò veridicam, & ſynceram, etiam ab aliarum Religionum Miſſionarijs agnitam, probatamque fuiſſe, quod etiam de illa, aliiſque ex parte S. I. propoſitis pro defenſione Decreti Alexandri Septimi teſtatur Illuſtriſſimus D. Aſcalonenſis in *Summario Num.*1. *litt.K. pag.*14. *ante medium*.

14 Cùm

Digitized by Google

14 Cùm itaque D. Charmot vnius Illuſtriſſimi D. Maygrot Teſtimonio, quod tamen releuantiſſimas pluribus ex capitibus exceptiones patitur, omnimodam fidem adhibendam eſſe affirmet, ita de illo Scribens in *Hiſt. Cult. Sinenſ. pag.*442. = *Porro ſi Vicario Apoſtolico, à S. Sede Delegato, fides in his rebus non adhibeatur, non videtur, cui impoſterum adhiberi poſſit.* = Id multò potiori ratione affirmandum erit de tot Epiſcopis, & Vicarijs Apoſtolicis, in vnam Sententiam conſpirantibus, ac præſertim de omnibus Chinæ Epiſcopis Ordinarijs, quibus tanquam proprijs Paſtoribus ex Officio ſpecialius incumbit nôſse Oues ſuas, & res omnes ad illarum ſalutem ſpectantes penitus exploratas habere.

15 Et ſanè ſinè magna iniuria his tot Epiſcopis opponi non poteſt id, quod de illis ſcripſit ad Summum Pontificem ſa: me: Innocentium XII. Illuſtriſſimus D. Maygrot, eos nempe à PP. Societatis nutu in illis partibus plerumque pendere; *in Hiſt. Cult. Sinen. pag.*407. Quod quidem magis mirandum eſt, ab illis ſcribi, qui non alios pro ſe Teſtes, quàm ex ipſa Accuſatorum Domo, ac præſertim ex Pariſienſi Seminario, producunt.

16 Eandem expoſitionem facti à P. Martinio exhibitam, Decretoque ſuo ab Alexandro Septimo inſertam, poſt multum Studij in eius examine poſitum, ac diuturnam rerum Sinenſium experientiam, veridicam ſe inueniſſe teſtantur Miſſionarij Ordinis Sancti Franciſci in *Summario Num.*2. *litt.Q. pag.*25., *litt.R. pag.*27. *circa finem*, *litt.S. pag.*31. *in fin.*, *litt.X. pag.*38. *poſt initium*, *litt.AA. pag.*39. *ante medium*, & deinceps.

Eadem veritas generatim oſtenditur Teſtimonijs variorum Miſſionariorum Chinæ ex omnibus Ordinibus, qui Miſſiones ibi habent, atque etiam ex RR. DD. Clericis Seminarij Pariſienſis.

17 Id ipſum de ſe teſtantur Miſſionarij Sancti Auguſtini *Num.*3. *litt.BB. pag.*42. *poſt initium*, vbi expreſsè aſſerunt, partes, quas in hac Cauſa tuetur Societas, eſſe partes *VERITATIS, & INNOCENTIÆ*.

18 Propterea iuſtiſſima cuique videbitur querimonia Illuſtriſſimi D. Alcalonenſis, quæ habetur *Summar. num.*1. *litt.F. pag.*9. *poſt medium* ibi = *Non ceſſat etiam mouere me fortis præſumptio, quòd Actores Romæ non cum illa bona fide procedant, quam ratio exigit. E contrariò non obſcuris argumentis apparet, illos plùs æmulationis habere, quàm Zeli de bono harum Miſſionum; ſiquidem Nicolaus Charmot, Procurator Cauſæ, in Hiſt. Cult. Sinen. quam Sedi Apoſtolicæ obtulit, audacter refert, quòd ego nominatim cum alijs Auguſtinianis iam inde à multo tempore prohibuerimus Neophytis Cultum Confucij, & Progenitorum defunctorum,*

id

Digitized by Google

id quod à veritate alieniſſimum eſt, & quod ad me attinet, illud ſine vllo fundamento affirmat &c. & paulò infrà pag. 10. in principio = *Et ita iudico pariter meæ obligationis eſſe, certiorem facere ſuam Sanctitatem, & Sac. Congregationem de Propaganda de eo, quod d. Charmot prorſus decipiatur in eo, quod de me, deque Auguſtinianis ſcribit; & ſi de Franciſcanis idem aſſeueret, etiam decipietur, ſaltem ſi de Hiſpanis loquatur &c.* ac demum eâdem paginâ ante medium = *Quod ſi dictus Charmot bona fide procederet, non hæc ſibi teſtimonia fingeret, quæ potiùs contra ſuam ſententiam citare deberet; præcipuè cum P. Fr. Michael Rubius, qui multos annos Superior Auguſtinianorum fuit, cùm dictum D. Charmot anno 1693. Cantone per quam animosè, fidentèrque contra praxes Societatis loquentem audiret, illi reſtiterit in faciem, atque ita exprobrauerit: Cur ita loqueris Domine, qui nec literam, nec linguam Sinicam adhuc intelligis, & hæc de perſonis pijs, & doctis, quales ſunt Patres Ieſuitæ, & alij, qui eos ſequuntur? Et nihilominus hunc Patrem cum reliquis omnibus Auguſtinianis allegat pro ſua Sententia Dominus Charmot &c.*

19 Atque ex his etiam colligi poteſt, qua veritate, & Synceritate eoſdem ex Ordine S. Franciſci, & S. Auguſtini Miſſionarios pro ſe teſtes adducant alij Defenſores Edicti Maygrotiani, tum multis alijs in libris, tum in Opuſculo Gallico nuperrimè impreſſo, & ad vniuerſam Curiam Romanam tranſmiſſo, cuius titulus *Priere pour l'Egliſe de la Chine* pag. 59. vbi, inter plures minùs veras teſtium allegationes, hæc in fine leguntur = *Omnes Miſſionarij ex Ordine Sancti Dominici* (ſuffragantur mandato Illuſtriſſimi D. Maygrot) *imò omnes, vel ferè omnes ex Ordine S. Franciſci, & vniuerſi Auguſtiniani, excepto D. de Beneuente, qui, prout perhibent Ieſuitę, tempus poſtulat, vt ſtudeat his materijs.*

20 Hinc etiam patet, non ſubſiſtere teſtimonium illud, quòd Illuſtriſſimo Beritenſi attribuitur in parte 2. libelli, cui titulus: *Il diſinganno*, vbi pag. 6. refertur, hunc digniſſimum Prælatum interrogatum, an PP. Auguſtiniani conſentirent in China Ieſuitis propugnatoribus Rituum Sinenſium, fidenter reſpondiſſe hęc ipſa verba = *Ne vnus quidem*: *Ne anche vno.*

21 Luculentum etiam de veritate facti expoſiti in decreto Alexandri VII. teſtimonium perhibent illuſtriores ex Sacro Prædicatorum Ordine Viri, qui harum controuerſiarum ſtudio, & examini diligentiùs incubuere ex mandato ſpecia-

cia-

Digitized by Google

ciali ſuorum Superiorum, ad hoc, vt eorum reſponſa, atque tractatus pro regula reliquorum ſui Ordinis in China Miſſionariorum deſeruirent, vti conſtat ex procemio Tractatus manuſcripti Illuſtriſs. D. Lopez, itemque ex opuſculo R. P. Ioannis de Paz, Manilæ cum approbatione Superiorum impreſſo, de quo *in Summar. num. 3. litt. DD.* Item ex teſtimonio, & tractatu P. Dominici à Sancto Petro, quæ habentur impreſſa in Libro, cuius titulus *Apologia pro Decreto Sanctiſſimi D. N. Alexandri VII.* quo tractatu pluribus argumentis tum extrinſecis, tum intrinſecis ſolidè oſtenditur veritas factorum, quæ eodem Decreto exponuntur. Teſtatur autem ibidem idem Auctor de ſe his verbis = *Cùm ex nouo iterum Superiorum mandato quam potui diligentiam per octo annorum ſpatium adhibuiſſem, vt de Sinicarum Sectarum ſuperſtitionibus certior fierem, iudicio &c.*

22 Habentur etiam Romæ Acta authentica Conuentus Cantonienſis, quo in Conuentu poſt diligentem omnium, quæ in Decreto Alexandri VII. ad factum pertinent, diſcuſſionem, agnita fuit eiuſdem facti veritas, & praxis obſeruanda ad eiuſdem Decreti normam conſtituta eſt, eique manu propria ſubſcripſit cum alijs Reuerendiſs. P. Fr. Dominicus Nauarrete ex Ordine S. Dominici, tanquam ſuorum Præſes quæ item ſubſcriptio originalis Romæ habetur. Hic autem omittimus quoſdam antiquiores ex eodem Ordine Miſſionarios recenſere, quos aliàs certis eorundem documentis probatum eſt in idem conſenſiſſe.

23 Vniuerſim verò de ijſdem PP Dominicanis teſtatur R. P. Fr. Ioannes Fernandez Serrano ex Ordine S. Franciſci Miſſionarius Sinenſis *in hoc Summar. num. 2. litt. Q. pag. 26. ante med.* = *Etiam mihi conſtat, quòd ex RR. PP. Sancti Dominici, qui intrauerunt Chinam, ij, qui magis erant addicti ſtudio litterarum Sinicarum, fuerint eiuſdem Sententiæ, cuius erat D. Fr. Gregorius (hoc eſt Illuſtriſſimus Lopez) & vnus ex illis, nominatus Sarpetri, miſit ſua fundamenta ſuo Magiſtro Generali, qui illi reſpondit, approbando id, quod faciebat.*

24 Idem pariter aſſerit ipſe R. P. Sarpetri, ſcribens ad Prouincialem, ac Definitores Capituli Prouincialis, prout *in Summar. num. 4. litt. EE. pag. 47. in fine* ibi = *Id ipſum videtur, quod ſuppoſuerit P. Fr. Carolus Clemens Gant, & P. Fr. Franciſcus de Paula, commendando nobis, vt nos conformaremus cum illis, quæ Romà attulerat P. Martinius, & etiam P. Fr. Philippus Pardo, qui nobis mandauit, ne ſcriberemus*

ali-

Digitized by Google

aliquid contrarium his, quæ ſcripſere in ſuis libris Sinicis Patres Societatis &c.

Auctoritas eorum, qui defenderunt Decretum Alexandri VII. exponitur.

25 Quam friuola etiam, & iniuſta ſint illa, quæ ad eneruandam quorundam ex his teſtibus auctoritatem opponuntur, ſatis conſtat tum ex pluribus iam aliàs adductis, tum ex ijs, quæ in hoc Summario poſita ſunt.

26 Et primum quidem quanti fecerint Miſſionarij Sinenſes auctoritatem Illuſtriſſimi D. Lopez in his quæſtionibus facti, teſtatur Illuſtriſſimus Aſcalonenſis in Epiſtola ad Sac. Congregationem de Propaganda ſcripta anno 1700. vbi hæc habet = *Hac ergò de Cauſa vidi pene omnes tractatus ab vtraque parte compoſitos, maioris auctoritatis Sinenſes, quos habui, conſului, & inter illos Illuſtriſſimum Epiſcopum Baſilitanum Natione Sinenſem, profeſſione Dominicanum, cuius in rebus facti auctoritas ſemper mihi magna erit &c.*

27 De eodem Illuſtriſſimo D. Lopez ſcribit R. P. Fr. Fernandez Serrano ex Ordine S. Franciſci *in Summar. num. 2. litt. Q. pag. 26. poſt medium* his verbis = *Nemo meliùs cognoſcebat d. Fr. Gregorium, antequam eſſet Epiſcopus; quàm ſui Prælati, & iſti illum inuenerunt aptum, cui committerent, vt coniunctim cum melioribus Litteratis de Chang Cheu, & Moyam, videret, & examinaret materiam de Confucio, Auis, & tabellis, ac poſtea diceret ſuam Sententiam. Illud ſic fecit, & quid retulit ex ſuis laborioſis ſtudijs? vt haberetur Idiota; & quare? quia ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam dixit id, quod ſentiebat, & non dixit id, quod ſectatores contrariæ opinionis volebant. Hæc eſt ratio, quam habent R. P. illi, qui dicunt d. Dominum non habuiſſe auctoritatem ad dandum pondus iſtis opinionibus Chinæ* = Videri item poteſt *Summar. num. 2. litt. X. pag. 36. poſt medium, & num. 6. litt. OO. pag. 56. poſt med.*

28 Præclara Encomia R. P. Ioannis de Paz, magnaque illius doctrinæ, & auctoritatis teſtimonia habentur in principio opuſculi, Manilæ impreſſi, eumque R. Fr. Dominicus Nauarrete *tom. 2. ſuarum relationum tract. 8. pag. 223. num. 12.* aſſerit fuiſſe *Atlantem Philippinarum*.

29 Item quantæ fuerit auctoritatis R. P. Sarpetri, conſtat tum ex eius operibus iam impreſſis, tum quia iam pridem approbatus fuerat à ſuis Superioribus ad lectionem Sacræ Theologiæ, vt ipſemet aſſerit in citato ſuprà Tractatu *pag. 3.* & fatetur etiam Illuſtriſs. Nauarrete *tom. 3. pag. 224.* De eximia eiuſdem virtute, & Religione pariter fit mentio *in Summar. litt. X. pag. 36. circà fin.* vbi de illo R. P. à

S. Pa-

Digitized by Google

S. Paſchale ex Ordine S. Franciſci hæc ſcribit= *Cognoui illum (P. Sarpetri) Religioſum valde reformatum, & adeò pænitentem, vt fuerit neceſſarium mandare illi, vt comederet ſaltem aliquot oua, nam ſolis leguminibus ſe ſuſtentabat.*

30 Quod ſpectat auctoritatem Miſſionariorum S. I. quos certò conſtat circa materiam rituum omnes in vnam, eandemque ſententiam perpetuò conſenſiſſe, quamuis D. Charmot *in hiſtoria Cult. Sinen. pag.* 191. ſcripſerit = *neque moror octoginta Ieſuitarum auctoritatem, adiunctis tribus Dominicanis, de quibus ſupta* = aliud tamen longè de ijs, eorumque doctrina, ac diuturna experientia, fuiſſe iudicium variorum ex alijs Ordinibus Miſſionariorum Sinenſium indicatur *in Summar.num.2.litt.S.pag. 29. ante med. & pag.30.circa med.& litt.T.pag.34.circa initium.*

31 Demum contra ſimiles Accuſatores ſic ſcribit Miſſionarius Sinenſis Ordinis S. Franciſci *in hoc Summar.num.2.litt.Q. pag.26.circa fin. Ad extremum dico, quod ſentio, iſtæ quæſtiones non ventilantur ea ſynceritate, quam Deus præcipit, procurando examinare veritatem cum veritate, & non auferendo fidem viris, qui ſine vllo alio reſpectu, quàm honoris, & gloria diuina, tantopere laborârunt pro exaltatione eius Sancti Nominis in hoc Imperio.*

32 Nec ex ipſis etiam RR.DD.Seminarij *Pariſienſis* Miſſionum deſunt, qui Teſtimonium perhibuerint veritati, prout oſtenditur *in Summar.num.4.præcipuè litt. FF. pag.* 48. *& GG.pag.49.ante med.*

33 Hactenùs generatim de ſententiâ, & Teſtimonijs Miſſionariorum Chinæ cuiuslibet Dignitatis, & Ordinis pro veritate facti, cui innititur Decretum Alexandri VII., quam etiam veritatem valdè confirmat communis Miſſionariorum Sinenſium praxis, quam paulò infrà explicabimus.

34 Nunc autem eandem veritatem, quantum ad particularia puncta, quæ in d. Decreto continentur, eadem teſtimoniorum ſerie comprobamus, adductis inſuper complurium Litteratorum Sinenſium tum Chriſtianorum, tum Gentilium clariſſimis Teſtimonijs, quibus non ſolùm antiqua horum rituum inſtitutio, ſed etiam ea, quę præſenti tempore inter Litteratos Sinenſes circa hos ritus viget, conſuetudo, atque doctrina proponitur.

Eadem veritas quoad puncta particularia, & præcipua contenta in decreto Alexandri VII oſtenditur pluribus Teſtimonijs tum Europæorum, tum Litteratorum Sinenſium.

35 Itaque factum, quod in controuerſiam nunc vocatur, his punctis continetur, prout in Decreto Alexandri VII. quod videri poteſt poſt hoc Summarium *pag.90.*

Ibi *ad litt.A.pag.94. Circa Cæremoniam accipiendorum graduum*

Digitized by Google

duum, quæ fit in aula Confucij, nihil omnino fit ab Idololatris inſtitutum, ſed ſoli Studioſi, & Philoſophi conueniunt, Confucium, tanquam Magiſtrum ſuum agnoſcentes; ciuilibus, ac politicis ritibus, ex ſua prima inſtitutione ad merum cultum ciuilem inſtitutis.

Item litt. B. pag. 94. *Omnes enim graduandi ſimul aulam Confucij ingrediuntur, ibi ſimul omnes ante nomen Philoſophi, nihil omninò offerendo, illas faciunt Ceremonias; & inclinationes more Sinico, quas omnes diſcipuli faciunt ſuis Magiſtris viuis &c. Præterea aula illa Confucij Gymnaſium eſt, & non Templum propriè dictum.*

Item litt. C. pag. 95. *Sinæ nullam Diuinitatem animabus Defunctorum concedunt; nihil ab illis ſperant, aut petunt.*

Item litt. D. pag. 95. *Cùm aliquis moritur, ſiue Chriſtianus ſit, ſiue Gentilis, pro inuiolabili more habetur, in domo defuncti quoddam Altare præparare; in eodemque imaginem defuncti, ſeu tabellam collocare, in qua eius nomen ſcriptum eſt, cum ornatu odorum, florum, & candelarum.*

Item litt. E pag. 95. *Secundus modus eſt, qui fit bis in anno in Auorum, & Progenitorum ſuorum aulis, ita Sinæ vocant, & non Templa, hoc enim Tſu Tang ſonat, quæ verè familiarum memoriæ, vel monumenta ſunt &c.*

36. Hoc factum ad hæc principalia puncta reduci poſſe videtur. Primum eſt: Sinas ſecundùm ſuam doctrinam, & communem gentis intentionem, neque in Confucio, neque in Progenitoribus defunctis quidquam Diuinitatis, nec vllam dignitatem, ſeu poteſtatem humana maiorem agnoſcere.

37. Secundum eſt: Confucium communiter coli à Sinis ſolùm vt Magiſtrum mortuum, propter doctrinam moralem ipſis traditam, ijſque Cæremonijs, quæ fiunt etiam viuis; Progenitores autem non alio titulo, quàm propter originem naturæ ab illis acceptam.

38. Tertium: à Confucio, & defunctis Maioribus Sinas ſecundùm ſuam doctrinam, quæ etiam nunc viget; nihil petere, vel ſperare, & honores, ex communi gentis intentione illis exhibitos, non dirigi ad vlla bona ab ijs, vel ex eorum meritis obtinenda.

39. Quartum: Confucio, & defunctis fieri ſolitas oblationes non eſſe ſacrificia propriè dicta, nec aulas ijſdem erectas vera & propriè dicta Templa.

40. Quintum; Confucij, & Defunctorum animas, iuxtà Sinicam doctrinam, etiam nunc vigentem, non credi, vel reſidere in tabellis, vel ad eaſdem deſcendere tempore obla-

tio-

Digitized by Google

tionum, nec inſcriptionem illarum tabellarum ſignificare realem ſpiritus præſentiam, neque ex communi gentis intentione cibos apponi ad hoc, vt ijs animæ defunctorum fruantur.

41. Hæc puncta vbi oſtenſa fuerint, manifeſtum fiet, ritus illos, de quorum permiſſione vnicè agitur, quique continentur in Decreto Alexandri VII. verè tales eſſe, quales ibi propoſiti ſunt, ac nihil omiſſum fuiſſe eorum, quæ ad plenam informationem, & ad rectam dubij propoſiti determinationem, ſcire neceſſarium erat; inſuper quidquid ſuperſtitionis à gentilibus iuxta priuatum errorem ſuperadditur, non pertinere ad ſubſtantiam eorum rituum, & poſſe ab illis ſeparari.

42. Quantùm ad primum, ſcilicet, quòd nulla in Confucio, & Progenitoribus defunctis, ſecundùm doctrinam Sinicam, & communem gentis intentionem, agnoſcatur à Sinis Diuinitas, vel poteſtas humanâ maior, id conſtat ex teſtimonijs Europæorum allatis in *Summ. num.2. littera S. pag.30. poſt medium num.4. litt. CC. pag.45. tota*; vbi R. P. Fr. Ioannes de Paz Dominicanus in tractatu manuſcripto, nunquam aliàs citato, expreſsè ait = *Dico primo, me habere pro certo, Confucium non eſſe receptum in China pro Idolo, neque illi attribui à Communitate Deitatem, aut poteſtatem humana maiorem* = Id quod dein pluribus argumentis oſtendit, & præcipuè teſtimonijs *PATRVM ANTIQVORVM* (vt ipſe ait) Miſſionis Sinenſis ſui Ordinis, & deindè pag. eadem expreſsè dicit = *Si Gentiles Sinæ haberent pro Deo Confucium, aut ab illo ſperarent bonum aliquod, vel fauorem, credibile non eſt, quòd cum tanta patientia audirent, negari illi omnem diuinitatem, & poteſtatem* = & in ſuo Opuſculo impreſſo relato in *Summario num.4. litt. DD. pag.46. poſt initium* expreſsè ait = *Finis tot, tantarumque Cæremoniarum eſt honor parentibus defunctis exhibendus, & grati erga eos animi teſtificatio* = & in eodem Opuſculo relato in *Summario pag.47. poſt initium*, diſertis verbis aſſerit = *In REGNO CHINÆ non attribuitur Confucio Diuinitas, aut poteſtas aliqua ſuperior communi hominum ibi habitantium exiſtimatione. HOC MIHI CONSTAT EX VARIIS RELATIONIBVS RELIGIOSORVM NOSTRI ORDINIS, IN REGNO CHINÆ EXISTENTIVM.*

43. Ex quo patet, non eſſe veritati conforme, quod aſſerit Illuſtriſſimus D. de Lionne in epiſtola impreſſa ad Dominum Charmot pag. 318. nempè Patrem de Paz non loqui de China, neque relatè ad caſus Sinenſes; inſuper relationes,

Digitized by Google

quarum meminit R. P. de Paz, fuiſſe tantummodo datas à duobus Dominicanis recèns Chinam ingreſſis, quique temerè crediderunt omnia, quæ ipſis quidam Chriſtiani dixerunt.

44. Idemque conſtat ex teſtimonijs Litteratorum Sinenſium *num.7. litt.TT. pag.64. circa medium, & litt.VV. pag.65. circà medium, & med. litt.yy. pag.67. poſt medium, litt.CCC. pag.70. poſt medium litt.DDD. pag.71. litt.III. pag.74. poſt initium, & circà medium, & in fine, pag.75. circa initium. Item litt.EEE. pag.71. in fine.*

45. Omittuntur tamen in huius, & ſequentium punctorum probatione clariſſima teſtimonia ex Decreto Imperiali per totum Imperium Sinicum publicato, ſimulque reſponſa Magnatum PeKinenſium, eorumque, qui ſummis Aulæ Tribunalibus præſunt; nam hæc ſpeciatim referuntur inferiùs *pag.*101. *item pag.*108. *& ſeqq.*

46. Hoc inſuper aduertendum in præſenti cenſemus, punctum iſtud nulla ampliùs egere probatione, cùm ipſimet rituum iſtorum Accuſatores iam tandem reuocauerint, quod in principio tam aſſeueranter affirmauerant, vt conſtat ex ipſo aduerſæ Partis Procuratore D. Charmot, qui ſic ait in Hiſt.cult.Sinen.pag.296.nu.36.= *Res falſas, & abſurdas mihi, ac Reuerendiſſimo D. Maygrot affingunt Patres Societatis, vt nobis inſultent, & tanquam proprio conſcientiæ iudicio condemnatos traducant; nunquam diximus, Confucium à Sinis Litteratis, vt Deum, maioreſque, vt numina coli.*

47. Ex quo etiam apparet, quàm incohærenter, & procul à vero poſt hæc rurſum ſcripſerit Illuſtriſs. D. de Cicè in epiſtola ad Patres Ieſuitas, impreſſa primùm Pariſijs, deinde Romæ pag.10. = *Teſtificor, Confucium in China reſpici tanquam aliquod numen, & tanquam Idolum*: addens quoque imaginem Confucij, quam à ſe viſam in China affirmat cum titulo *il Dio Confucio*, ſeu *Deus Confucius*: cùm tamen idem Illuſtriſs. D. vnà cum alijs DD. ſuis Collegis id obfirmatè aſſeueret, Sinas nullum prorſus nomen habere, quod huic voci, Deus, correſpondeat.

48. Ex eo etiam, quòd in confeſſo ſit, nullam poteſtatem humanâ maiorem Confucio attribui, clarum eſt, voce *Xim*. qua Confucius appellatur, nullam ſanctitatem propriè dictam, vel dignitatem humanâ maiorem in eo denominari. Videri etiam poteſt *Sum.litt.M.pag.17.in fine.*

49. Secundum punctum, quòd Confucius communiter colatur à Sinis ſolùm vt Magiſter mortuus, propter doctrinam mo-

ralem

Digitized by Google

ralem ipſis traditam, ijſque ceremonijs, quæ fiunt etiam viuis; Progenitores autem non alio titulo, quàm propter originem naturæ ab illis acceptam, præterquam, quòd ſatis infertur ex indicatis in ſuperiori puncto; Probatur primò ex teſtimonijs Europæorum adductis in *Summ. nu.*1. *litt.F. pag.*9. *ante med. litt.P.pag.*24. *circa fin.* Deindè ex teſtimonijs Sinenſium Litteratorum *num.*7. *litt.TT.pag.*63 *in fine,litt.VV.pag.*65.*litt.AAA.pag.*69.*poſt med. litt.BBB pag.*69. *in fine, litt.FFF. pag.*72.*litt.GGG.pag.*72. *litt.III. pag.*74.*poſt med.& in finepag.*75.*ante med.item pag.*101. *ac* 108.*& ſeqq.*quòd reuerentiæ, quas Litterati faciunt Confucio in acceptione graduum, fiant etiam viuis, teſtatur ſpeciatim Illuſtriſs. Beritenſis in ſuis reſponſionibus ad puncta Eminentiſſimi Cardinalis Caſanatæ punct. 37. Item quòd Ceremoniæ, & Ritus, qui fiunt erga Confucium, & defunctos,fiant etiam erga viuos in circumſtantijs euidenter politicis, oſtenditur ſingillatim à P. Philippuccio in ſuo Tractatu *lib.*2.*cap.vlt.*cuius Tractatus capita referuntur *in Summ.num.*6. *litt.PP.pag.*57.

50. Tertium punctum, quòd Sinæ à Confucio, & maioribus ſecundùm ſuam doctrinam, quæ etiam nunc viget, nihil petant, aut ſperent, conſtat ex Teſtimonijs Europæorum *num.*1. *litt.M.initio pag.*18.*num.*2.*litt.X.pag.*37. *circa medium, num.*4. *litt. CC. pag.*45. *tota, & pag.*47.*poſt initium.* ac etiam ex Teſtimonijs Litteratorum Sinenſium *num.* 7. *litt.TT.pag.*64.*circa finem litt.VV.pag.*65.*circa fin.pag.*66. *poſt med.litt.YY. pag.*68.*circa fin.litt.AAA.pag.*69.*poſt medium, litt.FFF.pag.*72.*ante medium, litt.HHH.pag.*72. *in fine, & pag.*73. *in principio*, vbi afferuntur Textus ex operibus *nomine hodierni Imperatoris* editis, quos plurimi, & præcipui Sinarum Litterati approbarunt; cuiuſmodi ſunt, qui ſequuntur=*Dum Textus dicit:Imperator adit maiorum defunctorum aulam, id non fit ad petendam, aut quærendam felicitatem, aut bona* = ex quo patet, quòd, ſi non licet quærere felicitatem, aut bona in Aulis ipſis Imperialibus, Regum defuuctorum memoriæ erectis, multò minùs hoc licet in communibus aulis popularium defunctorum. Alter Textus non minori dignus obſeruatione eſt huiuſmodi = *Itaque funebrem domum adeundo, oportet veram maioribus defunctis reuerentiam præſtare, & vehementer cauere, ne fiat oblatio ad quærendam felicitatem, aut bona* = Atque hîc etiam aduertendum cenſemus, nullam hactenus ab Accuſatoribus horum Rituum inueniri potuiſſe in Sinicis Ritualibus claram, expreſſamque deprecationem, ad

Digitized by Google

Confucium directam, vel in ipſis ſolemnibus oblationibus, vt faſſus eſt Illuſtriſſimus D. Beritenſis in ſuis ad S.C.P. reſponſis circa punctum quartum, quamuis in ea quærenda ſe multum laboraſſe ſignificet.

51. Quartum punctum: Quòd oblationes Confucio, & defunctis fieri ſolitæ, non ſint vera, & propriè dicta ſacrificia, quamuis ex adductis in ſuperioribus punctis inferatur, probatur vlteriùs ex Teſtimonijs in *Summ. nu. 2. litt. S. pag. 30. poſt medium num. 7. litt. XX. pag. 66. circa fin. & pag. 67. circa princ. litt. DDD. pag. 71.* vbi Litteratus Sinenſis ſpecialiter oſtendit, quàm alienum ſit à doctrina Sinica habere pro Sacerdotibus harum oblationum Miniſtros. *I*tem quod Aulæ defunctis, & Confucio erectæ non ſint vera, & propriè dicta Templa, quamuis & hoc ſufficienter ex ſupradictis deducatur; probatur vlteriùs in *Summar. num. 2. litt. S. pag. 31. poſt initium, & nu. 6. litt. MM. pag. 52. in medio,* vbi oſtenditur, ſimiles aulas in China hodièque etiam viuentibus erigi, quin vlla dignitas maior humanâ in illis agnoſcatur, & *nu. 7. litt. III. pag. 73. circa medium*, vbi ſignificatio vocis *Miao* explicatur: ex quibus, & alijs pluribus colligitur, quàm imbecilla ſint argumenta, quæ nonnulli deſumunt ex huiuſmodi vocibus, ſcilicet, Sacrificium, Altare, Templum &c. quibus aliquando vſi ſunt nonnulli ex Miſſionarijs ad hos Sinicos Ritus exprimendos, cùm ijdem Miſſionarij diſertè affirment in ijſdem locis, ſe has voces vſurpare in ſenſu improprio, prout ipſa Sacra Congregatio in Decreto *I*nnocentij X. *in reſponſ. ad punct. 12. & ad punct. 15.* Item in Decreto Alexandri VII. in quæſito vltimo eaſdem voces ſic vſurpari poſſe indicauit & tamen hoc ferè vnicum eſt argumentum, quo nituntur Aduerſarij ad probandum, antiquos illos Miſſionarios ſuæ ſententiæ ſuffragatos fuiſſe.

52 Quintum punctum; Quòd Confucij, & Defunctorum Animæ iuxta Sinicam doctrinam etiam nunc vigentem non credantur vel reſidere in tabellis, vel ad eaſdem deſcendere tempore oblationum, nec inſcriptio illarum Tabellarum ſignificet realem ſpiritus præſentiam, neque ex communi gentis intentione cibi apponantur ad hoc, vt ijs animæ Defunctorum fruantur, conſtat ex Teſtimonijs Europæorum *in Summ. num. 1. litt. M. pag. 17. ante medium, & denuò poſt medium pag. 18. circa finem, pag. 19. poſt initium num. 2. litt. S. pag. 28. ante med. & denuo circa med. pag. 30. circa finem, & pag. 28. tota, pag. 31. litt. X. pag. 37. circa finem, num. 4. litt. DD. pag. 46. circa finem*; Idem teſtan-

teſtantur etiàm Litterati Sinenſes *num.7. litt.VV.pag.65.*, *circa medium litt.YY. pag.67.*, *& 68.*, *litt.III. pag.73.*, *poſt medium*, vbi ſignificatio Tabellæ Defunctorum exponitur. Et in ipſis etiam nomine præſentis Imperatoris editis, & à pluribus Supremis Litteratis communi conſenſu approbatis libris expreſsè dicitur = *Spiritus autem, ſeu defunctorum animæ figurâ, & voce carent, illorum præſentia verè non datur=nu.7. litt.HHH.pag.73.,poſt initum, item pag.107.110.113.&c.* ex quibus, alijſque patet metaphorice tantùm accipienda eſſe, quæcumque verba, quæ à Sinis aliquando vſurpantur erga Defunctos, quaſi illi præſentes adeſſent.

53 Quantum ad inſcriptionem Tabellæ, quòd eâ non ſignificetur realis, ac phyſica præſentia Spiritûs, vel Animæ, ſed ſola repræſentatio defuncti, habetur *in Summ. num.1. littera M. pag.17. ante medium, & iterum poſt medium, num.2. litt.S. pag.28. ante medium, & num.7. litt.ZZ. pagina 69.*, vbi Litteratus Sinenſis expreſsè ait: *In eo* (Ligno) *dumtaxat inſcribitur Defunctorum Parentum nomen, quia licèt eorum Animæ in illo non exiſtat, illud tamen parentum Defunctorum locò eſt* = Præter quam quòd nec ipſemet Illuſtriſſimus Dominus Beritenſis in ſuis reſponſis ad quæſita S.C.P.de Tabellis tum Confucij,tum Mortuorum, hoc diffitetur, & expreſſiùs aſſeruit Illuſtriſſimus Lopez in Libello impreſſo ſub titulo *Apologia pro Decreto SS.Domini Noſtri &c. pag.33. ad 5. Propoſitionem*.

54 Vberiorem explicationem tum horum punctorum, tum ſingulorum, qui ſolent fieri, rituum, cum Doctrina Litteratorum Sinarum de ijſdem, ſi ea deſiderabitur, parati ſumus exhibere ex ipſis Ritualibus, & libris Sinicis tum antiquiſſimis, tum recentioribus, quos hùc nobiſcum attulimus, ſimùlque ex nouis Miſſionariorum Sinenſium tractatibus, ac præſertim ex nouo opere P.Philippucij, cuius capita indicantur *in Summ. num.6. litt.PP. pag.57. &c.*

55 Videtur autem præcipua obſeruatione dignum, quod notatur *in Summ. num.7. litt.XX. pag.66.*, ſcilicet Ceremonias, quæ fiunt erga Defunctos, debere correſpondere dignitati, quam habebant illi Defuncti, cùm viuerent, ita, vt honorem Ciuilem, & politicum,qui congruebat viuenti, ſecundùm cuiuſque gradum, & dignitatem, non poſſint excedere; vnde clarè cognoſcitur, quàm alienum ſit à recepta doctrina, & conſuetudine Sinenſium, vt ſimiles ritus fiant ad ſignificandam, vel proteſtandam in Defunctis excellentiam aliquam humanâ maiorem.

Digitized by Google

56 Ex his itaque perſpicuum eſt, Sinicos ritus, ac ſpecialiter illos, qui fiunt erga Confucium, ex prima ſua Inſtitutione, etiam nunc perſeuerante, & ex communi Sinicæ Scholæ doctrina, eſſe Ciuiles, atque politicos, prout relatio facti inſerta tertio quæſito Decreti Alexandri VII. aſſerebat.

57 Hæc autem dicta ſolùm volumus, ad tuendam veritatem facti in eodem Decreto expoſiti, pro cuius confirmatione tantummodò laboramus.

Propter eandem Veritatē, ipſiſmet Sinis manifeſtam, Decretū Alexandri VII. ab omnibus Chinæ Miſſionarijs in praxi receptum, & obſeruatū fuiſſe probatur.

58 Porrò cum eos, qui in China degunt, propria quemque experientia meliùs edoceat de facti veritate, quale ſcilicet ſuprà expoſitum eſt, inde prouenit, vt omnes fere Miſſionarij Sinenſes in eandem praxim conſenſerint, præfigentes ſibi pro regula memoratum Decretum Alexandri Septimi, vel eidem in praxi ſeſe accomodantes quoad præcipua, & capitalia puncta harum controuerſiarum.

59 Hæc autem communis praxis, & quaſi perpetua Traditio totius Miſſionis Sinenſis adeò certa eſt in ipſa China, vt fortè ob hanc etiam cauſam aliquibus minùs arriſerit Sapientiſſimum S.V. Conſilium, mittendi in Sinas Viſitatorem Apoſtolicum, qui rerum ſtatum coràm inſpiceret, imò etiam illud datis ad S.V. litteris, nomine Domini Epiſcopi Tilopolitani poſtea impreſſis, & per totam Europam vulgatis, palàm improbare auſi ſint.

60 Eadem communis praxis adductis in Summario Teſtimonijs oſtenditur præter allata ſuperiùs loca, ſpeciatim de Miſſionarijs Sancti Franciſci *num. 1. litt.F.pag.10. circa initium, num.2. litt.Q. pag.25. circa medium litt.S. pag.28. in fine, & pag.29. poſt medium*, vbi nominatim agitur de R. P. Fr. Antonio de Sancta Maria, quem Accuſatores pro ſua ſententia præcipuè attulerunt, vti etiam *litt.T. pag. 32., & litt.X. pag.35. circa medium, & pag.36. in principio litt. AA. pag .39., & deinceps*, vbi referuntur praxes, quas ſibi obſeruandas poſuerunt Miſſionarij Sancti Franciſci, *& nu.6. litt.OO. pag.54. circa medium*.

61 De Miſſionarijs Sancti Auguſtini idem oſtenditur *in Summ. num.1. litt.E. pag.7. circa finem, litt.F. pag.9. poſt medium,, litt.G. pag.12. in principio litt.K. pag.14. circa medium, nu.2. litt.T. pag.33. ante medium, num. 3. litt. BB. totâ pag.42. poſt initium*.

62 De Miſſionarijs Sancti Dominici *num.2. litt.Q. pag.26. ante medium, litt.T. pag.32. poſt medium*, vbi etiam ſpecialiter agitur de Reuerendiſſimo P. Franciſco Varo, qui tamen vnus fuit è præcipuis Oppugnatoribus horum Rituum,

& litt.V.

Digitized by Google

& litt.V. pag.34. poſt medium, vbi P. Fr. Auguſtinus à Sancto Paſchale Ordinis Sancti Franciſci agit de Tabellis mortuorum, quas quidem ſuperſtitione imbutas cenſet Illuſtriſſimus Dominus Maygrot, & propter quas D. Charmot propoſuit Sacræ Congregationi, prohibendas Sinenſibus eſſe omnes Ceremoias erga Confucium, & Mortuos, ibi inter alia hæc habentur in fine = *Pro vltimo dico, quòd, qui à principio erant ſententiæ contrariæ, erant Religioſi Sancti Dominici, & hoc non obſtante, permittunt Tabellas in Eccleſijs de* Hià nan, *ſicut mihi dixerunt quinque Religioſi eiuſdem Ordinis = num.4. litt.CC. pag.44. antè medium, litt.DD. pag.47. ante medium, litt.EE. pag.47. in fine, & num.6. litt.OO. pag.54. circa initium, & pag.55. poſt initium.*

63 De omnium autem omnino Miſſionariorum S. I. perpetuâ, & vniformi praxi ſuperfluum videbatur noua producere Teſtimonia, cùm ea in Sinis ſit notior, quàm vt vlla indigeat probatione; Quia tamen hæc veritas nuper ab aliquibus reuocari cœpit in dubium, ſaltem quantùm ad antiquiores Societatis Miſſionarios, id quidem plurimis argumentis, & Teſtimonijs oſtendi poſſet, & imprimis ipsâ primâ relatione P. Martinij, quam anno 1656. exhibuit Sacræ Congregationi, & cuius autographum, eius manu ſubſcriptum, hîc habemus, vbi pro confirmatione ſuorum dictorum contra expoſitionem Patris Morales hæc aſſerit: *Quod omnium Patrum, qui hactenus in Sinis fuerunt, Teſtimonio probo*; ceteris tamen in præſenti omiſſis, id clarè comprobant ipſamet Sinenſium antiquiorum Teſtimonia, *in Summario num.7. litt.TT. parg.64. poſt medium, & litt.VV. pag.65. poſt med., & litt.DDD. pag. 71. circa medium.*

64 Quod ipſi etiam RR. DD. Clerici ex Seminario Pariſienſi eandem communem praxim re vera ſequuti ſint, manifeſtum fit ex *Summario num.1. litt.O. pag.21. circa medium, litt.P. pag.23. poſt medium, num.2. litt.S. pag.28. poſt medium, litt.T. pag.33. circa medium, num.6. litt.OO. pagina 53. ante medium*, & nominatim de Illuſtriſſimo Domino Maygrot videri poteſt *num.2. litt.T. pag.33. circa medium, num.5. litt.H. pag.49. circa finem, & litt.II. pag.50. circa medium, & num.6. litteris OO. pag.53. poſt medium.*

65 Notandum inſuper eſt, pleroſque Sinenſes Miſſionarios aliorum Ordinum eandem praxim ſecutos eſſe, in eâdem quoq; Prouincia Fokienſi, etiam poſt publicatũ in Vrbe Fo Cheu, Edi-

Edictum Domini Maygrot; quin & ipſum Illuſtriſſimum Dominum Maygrot illud in praxi non obſeruâſſe, conſtat ex citato *num.6. litt.OO. pag.53. circa medium*.

66 Ex his autem apparet, quàm iniuſtè de permiſſæ Idololatriæ Crimine in Europa accuſent alios Miſſionarios illi ipſi, qui in China eoſdem ritus partim vſurpârunt ipſi, partim Neophytis permiſerunt, ijs paſſim Sacramenta miniſtrantes, quos certò ſciebant, huiuſmodi ritus exercere.

67 Præteà Locum hîc habet obſeruatio Illuſtriſs. Andreuillenſis *in Summ. nu.1. litt.P. pag.23. circa finem*, vbi ſic ait = *Et tamen, ſi vera ea eſſent, quæ Sac. Congreg. ab Accuſatoribus contra eos ritus propoſita ſunt, etſi tales eſſent, prout ibi depinguntur, impoſſibile eſſet, vel ſibi imaginari, à tot, & tantis doctrinâ Europæâ, litteraturâ Sinicâ, Religione, & virtute eximijs Viris eos vllo modo potuiſſe tolerari, nedum permitti, etiam poſtquam toties inter omnes Miſſionarios hæc examinata, diſputata, & tot tractatus hinc inde ſcripti, lecti, & relecti fuêre*,

68 Quid autem contra tantam nubem Teſtium, tantàmque, & Europæorum, & ipſorummet Sinarum in ſenſu de his ritibus conformitatem opponi meritò poſſit, non videmus; præſertim cùm in ijs paucis, qui eoſdem ritus oppugnare conati ſunt, tanta appareat inter eorum dicta, & facta contrarietas, tanta etiam in ſingulorum dictis non ſolùm vacillatio, ſed & varietas, & inconſtantia; tanta demum inter eoſdem mutua contradictio, prout ſæpe in alijs ſcriptis oſtenſum eſt.

69 Quid verò de ijs, qui præcipui inter Accuſatores fuerunt, ac de illorum in his rebus auctoritate iudicandum ſit, malumus aliorum verbis, quàm noſtris indicari.

Quæ fides ſit habenda ijs, qui impugnarunt Decretũ Alexandri VII., oſtenditur.

70 Et primùm quidem de R. P. Fr. Ioanne Baptiſta Morales, qui primus has controuerſias excitauit, conſtat ex *Summ. num.1. litt.L. pag.14. in fine, & deinceps*, eum = *Nec sciuiſſe, nec cognouiſſe litteram Sinicam, antequam iret Romam, nec poſtmodum vſque ad annum 1664. cùm primùm litteris Sinicis ſtudere cæpit, dicens, quòd iam recognoſceret ſuum errorem &c., contra quàm tam fidenter vulgatum eſt in Europa* = Conſtat etiam, eum reuerſum in Sinas cum Decreto Innocentij X., illud publicâſſe ſuo nomine verſum in linguâ Sinicam, pluribus in partibus mutilatum, & cum multiplici ipſius Sententiæ mutatione, quod hîc in Europa ſemper negare voluerunt Accuſatores noſtri; Exemplaria verò Sinica huius Decreti ſic mutilati exhiberi poſſunt ad omne mandatum.

71 De P. Fr. Antonio à S.Maria Ordinis S. Franciſci, qui fuit Socius Patris de Morales, oſtendit P.Auguſtinus à Sancto Paſchale eiuſdem Religionis in *Summario Num.2. litt.X. pag.35. circa medium*, eum, quando ſcripſit ſuum tractatum Manilæ anno 1637. minimum ſcientiæ, atque experientiæ habuiſſe in materijs Sinicis; Eundem etiam circa vſum vocum *Tien*, & *Xamti*, poſtea ſententiam, quam ab initio tenuerat, reliquiſſe, & libro in Sinis impreſſo, ad ipſum, quod tenent PP. Societatis, ſecutum fuiſſe, ibidem oſtenditur *pag 36. in principio*.

72 In informatione R.P. Fr. Polanci ex ordine S. Dominici, Romæ propoſita anno 1659. non omnia eſſe conformia veritati, habetur ex *Summar. eodem Num.2. litter.S. pag.30. poſt med.*

73 Informationes item eiuſdem P. Polanci, & Illuſtriſſimi Nauarretæ, eſſe contrarias ijs, quæ revera in Sinis fiunt, aſſerit R. P. Io. de Paz ex eodem ordine S.Dominici in *Sum. n.4. lit.CC pag.43. in fine*.

74. Reuerendiſſimum P. Varo multifariam erraſſe in ſuis de hac controuerſia ſcriptis, teſtantur Litterati Sinenſes, qui contra eius librum ex profeſſo ſcripſerunt, & quorum opuſcula hìc ſunt, citanturque *Nu.7. litt.XX pag.66., & lit.EEE. pag.71.*

75 Quàm modica verò auctoritas tribuenda ſit paucis aliquot Patribus ex ordine S Franciſci, qui pro contraria parte ſtetiſſe dicuntur, videri poteſt apud ſupradictum P. à S. Paſchale eiuſdem Ordinis *in Sum. Num.2. lit.S. pag.29. in fine, & pag.30., & 42.*

76 Quid demùm de doctrina, & ſcientia ipſius met Illuſtriſſimi D.Maygrot cenſendum ſit, poteſt intelligi ex duobus illius, qui hìc habentur, catechiſmis Sinicis, qui non ſunt aliud, quàm duo folia Sinica, & hæc ipſa non carere defectibus, indicatur in *Summario Numer. 6. litter. OO. pag. 55. in fine, & pag.56.* Videri item poteſt *num. 2. litt. S. pag.28. circà med.*

77 Superſedemus autem hoc loco diſtinctiùs explicare, quæ paſſim habentur in Summario de parùm ſyncera agendi ratione modernorum Accuſatorum, ac de nimia ipſorum confidentia in allegandis minùs verè pro ſua ſententia Miſſionarijs viuentibus, & in dignitate conſtitutis, negandoque liberè, quæ certiſſima ſunt, & notoria apud Sinas. Videri tamen poſſunt loca ſignata in *Summ. Num.1. litt.F. pag.9. circà med., & pag.10. poſt medium, & pag.11. circà init., litt.G. pag.11. circà med., litt.K. pag. 14. circà med. nu-*

mer.

Digitized by Google

mer.6. litt. OO. pag.55. ante medium, & pag.56.; & demum R.P. Auguſtinus à S. Paſchale *num. 2. litt.S. pag.28. circa medium concludit* = eſſe neceſſarium monere Sedem Apoſtolicam, quòd ſint Miſſionarij in Sinis, *qui inuertunt ſenſum illorum, quæ legunt, vt accuſent, & calumnientur alios* =

Eadẽ veritas facti authẽticis teſtimonijs Imperatoris Sinarum, & præcipuorum Pekini Magnatum, ac Præſidum declaratur.

78 Cùm talis eſſet, qualem hactenus expoſuimus, Cauſæ huius ſtatus, dein ab anno 1700. tam magna lucis, & certitudinis acceſſio eidem Cauſæ facta eſt nuperà Imperatoris Sinici declaratione, & plurium Summorum Præſidum, ac Magnatum Pekinenſium Teſtimonijs, vt non immeritò complures Miſſionarij Sinenſes dixerint, iam non eſſe, cur nos Europæi ampliùs dubitemus de his factis, aut diſputemus *Summar. Num.1. litter.H. pag.12. circa fin. litter. P. pag.23. circa initium, num.2. litter. Q. pag.27. in principio, litt.R. pag.27. in fine, num.6. litt.NN. pag.52. poſt medium.*

79 Et quidem non potuimus non vehementer mirari de ijs, quæ ad extenuandam fidem, & auctoritatem huiuſce declarationis per ſummam iniuriam ſparſa audiuimus in Europa.

80 Nam aliqui dicere non dubitarunt, eam fuiſſe ſuppoſititiam, vel confictam à Ieſuitis; alij verò aſſeruerunt, talem declarationem clanculùm, & pro ſola Europa traditam fuiſſe ab Imperatore, & quod nunquam euulganda eſſet in China.

81 Hæc tamen falſa, vel etiam calumnioſa ſuſpicio iam ipſa rei euidentià conuincitur. Imprimis enim plura ad S. Sedem miſſa ſunt ab Illuſtriſſimis Epiſcopis, & ab alijs variorum Ordinum Miſſionarijs, ex diuerſis Chinæ Prouincijs authentica huiuſce declarationis exemplaria, quæ referuntur *in Sum.n.7.lit.RR.pag.62.*

82 Quod autem hoc decretum regium à tabellarijs regijs per maiora Prouinciarum Tribunalia ex aula euulgatum fuerit, non ſolùm perſpicuum fit exemplaribus, quæ ad Sanctam Sedem miſſa ſunt ex varijs Prouincijs, in quibus illa iam impreſſa, & publicata fuerant, ſed etiam expreſſis verbis id teſtatur Illuſtriſſimus Aſcalonenſis *numer. 1. litt. I. pag.13. circa finem*, & Illuſtriſſimus Andreuillenſis *num.1. litt.P. pag.22. circa finem*, & hoc etiam refertur in libello impreſſo Pekini, ſubſcripto, & ſubſignato, cui titulus: *Breuis Relatio &c.* de quo *in Summario Numer. 7. littera RR. pag. 67. & 62.*; qui libellus habetur in fine huius *Summarij pag.97. &c.*

83 Miſ-

83 Miſſus fuit hic libellus, continens relationem regij Decreti, ad omnes Epiſcopos, & Vicarios Sinarum, vt, ſi quid in ea relatione minùs rectè poſitum reperiſſent, de eo vel ipſoſmet Patres, vel S. Sedem monerent; ex quo vel ſolo patet, qua ſynceritate agant PP. Miſſionarij Societatis, & quòd in his controuerſijs ſolo veritatis amore ducantur.

84 Audiuimus etiam, fuiſſe, qui accuſarent Patres Societatis Pekinenſes, quaſi petendo hanc declarationem, voluerint præuertere Sanctæ Sedis iudicium, & Imperatorem Sinarum facere Arbitrum harum controuerſiarum. Id quàm falsò, & iniuriosè dictum ſit; ipſimet PP. Pekinenſes abundè demonſtrarunt, tranſmittentes illico Imperialem declarationem ad S. V. eo ſolùm fine, vt haberetur de ipſo facto, quàm maximè fieri poterat, certa notitia, ſimul expreſsè in ijſdem litteris proteſtantes, quòd totam cauſam (vt par erat) ſoli S.V. iudicio ſubmitterent, id quod etiam in China ſuis Neophytis palàm ſignificare non omiſerunt, vt videre eſt in *Summario Num.1. litt. G. pag.12. poſt med. lit.P. pag.23. poſt initium,& num.6. lit. NN. initio pag.53.*

85 Neque hic videtur dignum refutatione, quod nonnulli dixere, Imperatorem Gentilem non poſſe in teſtem adduci in hac Cauſa, tum quia Gentilis eſt, tum quia inter Idololatricum, & politicum, licitum, & illicitum diſcernere non poteſt. Certè ille non fuit interrogatus, quid politicum, vel Idololatricum, licitum, aut illicitum eſſet; ſed id dumtaxat, quid à Sinis iuxta leges Imperij, & qua intentione hodièque fieret: quod nemo meliùs ſcire poteſt, quàm ipſemet Imperator (quem ètiam Dominus Charmot in *hiſt. Cult. Sinen. pag. 3.*, & alij ſæpe, Principem Sectæ litterariæ appellant)& præcipui Magnates,ac Tribunalium Præſides, præſertim Rituum, qui idem Decretum Imperatorium ſuis teſtimonijs confirmauere.

86 Inſuper Illuſtriſſimus Dominus Maygrot in declaratione ſui mandati, & Reuerendiſſimus P. Fr. Franciſcus Varo in ſuo tractatu aſſerunt,*in his rebus, & pro vera intelligentia doctrinæ, ac textuum Sinicorum, ſtandum eſſe Iudicio ipſorummet Sinenſium.*

87 Quantum verò intereſſet, huiuſmodi declarationem ab Imperatore petere, & obtinere, iam antea nos monuerant Auctor Apologiæ Dominicanorum *cap.6. pag.99. editionis Italicæ*, & D. Charmot. *in Continuatione hiſt. Cult. Sinen. pag.126. num.143.*, quorum verba paulò infrà referemus *num.*101.

Digitized by Google

quarum meminit R. P. de Paz, fuiſſe tantummodo datas à duobus Dominicanis recèns Chinam ingreſſis, quique temerè crediderunt omnia, quæ ipſis quidam Chriſtiani dixerunt.

44. Idemque conſtat ex teſtimonijs Litteratorum Sinenſium *num.7. litt.TT. pag.64. circa medium, & litt. VV. pag.65. circà medium,& med. litt.yy. pag.67. poſt medium, litt.CCC. pag.70. poſt medium litt.DDD. pag.71. litt.III. pag.74. poſt initium, & circà medium, & in fine, pag.75. circa initium. Item litt.EEE. pag.71. in fine.*

45. Omittuntur tamen in huius,& ſequentium punctorum probatione clariſſima teſtimonia ex Decreto Imperiali per totum Imperium Sinicum publicato, ſimulque reſponſa Magnatum PeKinenſium, eorumque, qui ſummis Aulæ Tribunalibus præſunt; nam hæc ſpeciatim referuntur inferiùs *pag.101. item pag.108. & ſeqq.*

46. Hoc inſuper aduertendum in præſenti cenſemus, punctum iſtud nulla ampliùs egere probatione, cùm ipſimet rituum iſtorum Accuſatores iam tandem reuocauerint, quod in principio tam aſſeueranter affirmauerant, vt conſtat ex ipſo aduerſæ Partis Procuratore D.Charmot, qui ſic ait in Hiſt.cult.Sinen.pag.296.nu.36.= *Res falſas, & abſurdas mihi, ac Reuerendiſſimo D. Maygrot affingunt Patres Societatis, vt nobis inſultent, & tanquam proprio conſcientiæ iudicio condemnatos traducant; nunquam diximus, Confucium à Sinis Litteratis, vt Deum, maioreſque, vt numina coli.*

47. Ex quo etiam apparet, quàm incohærenter, & procul à vero poſt hæc rurſum ſcripſerit Illuſtriſs. D. de Cicè in epiſtola ad Patres Ieſuitas, impreſſa primùm Pariſijs, deinde Romæ pag.10. = *Teſtificor, Confucium in China reſpici tanquam aliquod numen, & tanquam Idolum*: addens quoque imaginem Confucij, quam à ſe viſam in China affirmat cum titulo *il Dio Confucio*, ſeu *Deus Confucius*: cùm tamen idem Illuſtriſs. D. vnà cum alijs DD. ſuis Collegis id obfirmatè aſſeueret, Sinas nullum prorſus nomen habere, quod huic voci, Deus, correſpondeat.

48. Ex eo etiam, quòd in confeſſo ſit, nullam poteſtatem humanâ maiorem Confucio attribui, clarum eſt, voce *Xim*, qua Confucius appellatur, nullam ſanctitatem propriè dictam, vel dignitatem humanâ maiorem in eo denominari. Videri etiam poteſt *Sum.litt.M.pag.17.in fine.*

49. Secundum punctum, quòd Confucius communiter colatur à Sinis ſolùm vt Magiſter mortuus, propter doctrinam mo-

ralem

Digitized by Google

ralem ipſis traditam, ijſque ceremonijs, quæ fiunt etiam viuis; Progenitores autem non alio titulo, quàm propter originem naturæ ab illis acceptam, præterquam, quòd ſatis infertur ex indicatis in ſuperiori puncto; Probatur primò ex teſtimonijs Europæorum adductis in *Summ. nu.1. litt.F. pag.9. ante med. litt.P.pag.24. circa fin.* Deindè ex teſtimonijs Sinenſium Litteratorum *num.7. litt.TT.pag.63 in fine, litt.VV.pag.65. litt.AAA. pag.69. poſt med. litt.BBB pag.69. in fine, litt.FFF. pag.72. litt.GGG.pag.72. litt.III. pag.74. poſt med. & in fine pag.75. ante med. item pag.101. ac* 108. *& ſeqq.* quòd reuerentiæ, quas Litterati faciunt Confucio in acceptione graduum, fiant etiam viuis, teſtatur ſpeciatim Illuſtriſs. Beritenſis in ſuis reſponſionibus ad puncta Eminentiſſimi Cardinalis Caſanatæ punct. 37. Item quòd Ceremoniæ, & Ritus, qui fiunt erga Confucium, & defunctos, fiant etiam erga viuos in circumſtantijs euidenter politicis, oſtenditur ſingillatim à P. Philippuccio in ſuo Tractatu *lib.2. cap.vlt.* cuius Tractatus capita referuntur *in Summ.num.6. litt.PP.pag.57.*

50. Tertium punctum, quòd Sinæ à Confucio, & maioribus ſecundùm ſuam doctrinam, quæ etiam nunc viget, nihil petant, aut ſperent, conſtat ex Teſtimonijs Europæorum *num.1. litt.M. initio pag.18. num.2. litt.X. pag.37. circa medium, num.4. litt. CC. pag.45. tota, & pag.47. poſt initium.* ac etiam ex Teſtimonijs Litteratorum Sinenſium *num. 7. litt.TT.pag.64. circa finem litt.VV.pag.65. circa fin. pag.66. poſt med. litt.YY. pag.68. circa fin. litt. AAA.pag.69. poſt medium, litt.FFF.pag.72. ante medium, litt.HHH.pag.72. in fine, & pag. 73. in principio,* vbi afferuntur Textus ex operibus *nomine hodierni Imperatoris* editis, quos plurimi, & præcipui Sinarum Litterati approbarunt; cuiuſmodi ſunt, qui ſequuntur = *Dum Textus dicit: Imperator adit maiorum defunctorum aulam, id non fit ad petendam, aut quærendam felicitatem, aut bona* = ex quo patet, quòd, ſi non licet quærere felicitatem, aut bona in Aulis ipſis Imperialibus, Regum defunctorum memoriæ erectis, multò minùs hoc licet in communibus aulis popularium defunctorum. Alter Textus non minori dignus obſeruatione eſt huiuſmodi = *Itaque funebrem domum adeundo, oportet veram maioribus defunctis reuerentiam præſtare, & vehementer cauere, ne fiat oblatio ad quærendam felicitatem, aut bona* = Atque hîc etiam aduertendum cenſemus, nullam hactenus ab Accuſatoribus horum Rituum inueniri potuiſſe in Sinicis Ritualibus claram, expreſſamque deprecationem, ad

Digitized by Google

Confucium directam, vel in ipſis ſolemnibus oblationibus, vt faſſus eſt Illuſtriſſimus D. Beritenſis in ſuis ad S.C.P. reſponſis circa punctum quartum, quamuis in ea quærenda ſe multum laboraſſe ſignificet.

51. Quartum punctum: Quòd oblationes Confucio, & defunctis fieri ſolitæ, non ſint vera, & propriè dicta ſacrificia, quamuis ex adductis in ſuperioribus punctis inferatur, probatur vlteriùs ex Teſtimonijs in *Summ. nu. 2. litt. S. pag. 30. poſt medium num. 7. litt. XX. pag. 66. circa fin. & pag. 67. circa princ. litt. DDD. pag.* 71. vbi Litteratus Sinenſis ſpecialiter oſtendit, quàm alienum ſit à doctrina Sinica habere pro Sacerdotibus harum oblationum Miniſtros. *I*tem quod Aulæ defunctis, & Confucio erectæ non ſint vera, & propriè dicta Templa, quamuis & hoc ſufficienter ex ſupradictis deducatur; probatur vlteriùs in *Summar. num. 2. litt. S. pag. 31. poſt initium, & nu. 6. litt. MM. pag. 52. in medio,* vbi oſtenditur, ſimiles aulas in China hodièque etiam viuentibus erigi, quin vlla dignitas maior humanâ in illis agnoſcatur, & *nu. 7. litt. III. pag. 73. circa medium*, vbi ſignificatio vocis *Miao* explicatur: ex quibus, & alijs pluribus colligitur, quàm imbecilla ſint argumenta, quæ nonnulli deſumunt ex huiuſmodi vocibus, ſcilicet, Sacrificium, Altare, Templum &c. quibus aliquando vſi ſunt nonnulli ex Miſſionarijs ad hos Sinicos Ritus exprimendos, cùm ijdem Miſſionarij diſertè affirment in ijſdem locis, ſe has voces vſurpare in ſenſu improprio, prout ipſa Sacra Congregatio in Decreto *I*nnocentij X. *in reſponſ. ad punct. 12. & ad punct. 15. I*tem in Decreto Alexandri VII. in quæſito vltimo eaſdem voces ſic vſurpari poſſe indicauit & tamen hoc ferè vnicum eſt argumentum, quo nituntur Aduerſarij ad probandum, antiquos illos Miſſionarios ſuæ ſententiæ ſuffragatos fuiſſe.

52 Quintum punctum; Quòd Confucij, & Defunctorum Animæ iuxta Sinicam doctrinam etiam nunc vigentem non credantur vel reſidere in tabellis, vel ad eaſdem deſcendere tempore oblationum, nec inſcriptio illarum Tabellarum ſignificet realem ſpiritus præſentiam, neque ex communi gentis intentione cibi apponantur ad hoc, vt ijs animæ Defunctorum fruantur, conſtat ex Teſtimonijs Europæorum *in Summ. num. 1. litt. M. pag. 17. ante medium & denuò poſt medium pag. 18. circa finem, pag. 19. poſt initium num. 2. litt. S. pag. 28. ante med. & denuo circa med. pag. 30. circa finem, & pag. 28. tota, pag. 31. litt. X. pag. 37. circa finem, num. 4. litt. DD. pag. 46. circa finem*; Idem

teſtan-

Digitized by Google

teſtantur etiàm Litterati Sinenſes *num.7. litt.VV. pag.65.*, *circa medium litt.YY. pag.67.*, *& 68.*, *litt.III. pag.73.*, *poſt medium*, vbi ſignificatio Tabellæ Defunctorum exponitur. Et in ipſis etiam nomine præſentis Imperatoris editis, & à pluribus Supremis Litteratis communi conſenſu approbatis libris expreſsè dicitur = *Spiritus autem, ſeu defunctorum animæ figurâ, & voce carent, illorum præſentia verè non datur*=*nu.7. litt.HHH.pag.73.*,*poſt initum*, *item pag.107.110.113.&c.* ex quibus, alijſque patet metaphorice tantùm accipienda eſſe, quæcumque verba, quæ à Sinis aliquando vſurpantur erga Defunctos, quaſi illi præſentes adeſſent.

53 Quantum ad inſcriptionem Tabellæ, quòd eâ non ſignificetur realis, ac phyſica præſentia Spiritûs, vel Animæ, ſed ſola repræſentatio defuncti, habetur *in Summ. num.1. littera M. pag.17. ante medium, & iterum poſt medium*, *num.2. litt.S. pag.28. ante medium, & num.7. litt.ZZ. pagina 69.*, vbi Litteratus Sinenſis expreſsè ait: *In eo* (Ligno) *dumtaxat inſcribitur Defunctorum Parentum nomen, quia licèt eorum Anima in illo non exiſtat, illud tamen parentum Defunctorum locò eſt* = Præter quam quòd nec ipſemet Illuſtriſſimus Dominus Beritenſis in ſuis reſponſis ad quæſita S.C.P.de Tabellis tum Confucij,tum Mortuorum, hoc diffitetur, & expreſſiùs aſſeruit Illuſtriſſimus Lopez in Libello impreſſo ſub titulo *Apologia pro Decreto SS.Dominì Noſtri &c.pag.33. ad 5. Propoſitionem*.

54 Vberiorem explicationem tum horum punctorum, tum ſingulorum, qui ſolent fieri, rituum, cum Doctrina Litteratorum Sinarum de ijſdem, ſi ea deſiderabitur, parati ſumus exhibere ex ipſis Ritualibus, & libris Sinicis tum antiquiſſimis, tum recentioribus, quos hùc nobiſcum attulimus, ſimùlque ex nouis Miſſionariorum Sinenſium tractatibus, ac præſertim ex nouo opere P.Philippucij, cuius capita indicantur *in Summ. num.6. litt.PP. pag.57. &c.*

55 Videtur autem præcipua obſeruatione dignum, quod notatur *in Summ. num.7. litt.XX. pag.66.*, ſcilicet Ceremonias, quæ fiunt erga Defunctos, debere correſpondere dignitati, quam habebant illi Defuncti, cùm viuerent, ita, vt honorem Ciuilem, & politicum,qui congruebat viuenti, ſecundùm cuiuſque gradum, & dignitatem, non poſſint excedere; vnde clarè cognoſcitur, quàm alienum ſit à recepta doctrina, & conſuetudine Sinenſium, vt ſimiles ritus fiant ad ſignificandam, vel proteſtandam in Defunctis excellentiam aliquam humanâ maiorem.

Digitized by Google

56 Ex his itaque perſpicuum eſt, Sinicos ritus, ac ſpecialiter illos, qui fiunt erga Confucium, ex prima ſua Inſtitutione, etiam nunc perſeuerante, & ex communi Sinicæ Scholæ doctrina, eſſe Ciuiles, atque politicos, prout relatio facti inſerta tertio quæſito Decreti Alexandri VII. aſſerebat.

57 Hæc autem dicta ſolùm volumus, ad tuendam veritatem facti in eodem Decreto expoſiti, pro cuius confirmatione tantummodò laboramus.

Propter eandem Veritatē, ipſiſmet Sinis manifeſtam, Decretū Alexandri VII. ab omnibus Chinæ Miſſionarijs in praxi receptum, & obſeruatū fuiſſe probatur.

58 Porrò cum eos, qui in China degunt, propria quemque experientia meliùs edoceat de facti veritate, quale ſcilicet ſuprà expoſitum eſt, inde prouenit, vt omnes fere Miſſionarij Sinenſes in eandem praxim conſenſerint, præfigentes ſibi pro regula memoratum Decretum Alexandri Septimi, vel eidem in praxi ſeſe accomodantes quoad præcipua, & capitalia puncta harum controuerſiarum.

59 Hæc autem communis praxis, & quaſi perpetua Traditio totius Miſſionis Sinenſis adeò certa eſt in ipſa China, vt fortè ob hanc etiam cauſam aliquibus minùs arriſerit Sapientiſſimum S. V. Conſilium, mittendi in Sinas Viſitatorem Apoſtolicum, qui rerum ſtatum coràm inſpiceret, imò etiam illud datis ad S.V. litteris, nomine Domini Epiſcopi Tilopolitani poſtea impreſſis, & per totam Europam vulgatis, palàm improbare auſi ſint.

60 Eadem communis praxis adductis in Summario Teſtimonijs oſtenditur præter allata ſuperiùs loca, ſpeciatim de Miſſionarijs Sancti Franciſci *num. 1. litt.F.pag.10. circa initium, num.2. litt.Q. pag.25. circa medium litt.S. pag.28. in fine, & pag.29. poſt medium*, vbi nominatim agitur de R. P. Fr. Antonio de Sancta Maria, quem Accuſatores pro ſua ſententia præcipuè attulerunt, vti etiam *litt.T. pag. 32., & litt.X. pag.35. circa medium, & pag.36. in principio litt. AA. pag. 39., & deinceps*, vbi referuntur praxes, quas ſibi obſeruandas poſuerunt Miſſionarij Sancti Franciſci, *& nu.6. litt.OO. pag.54. circa medium*.

61 De Miſſionarijs Sancti Auguſtini idem oſtenditur *in Summ. num.1. litt.E. pag.7. circa finem, litt.F. pag.9. poſt medium, , litt.G. pag.12. in principio litt.K. pag.14. circa medium, nu.2. litt.T. pag.33. ante medium, num. 3. litt. BB. totâ pag.42. poſt initium*.

62 De Miſſionarijs Sancti Dominici *num.2. litt.Q. pag.26. ante medium, litt.T. pag.32. poſt medium*, vbi etiam ſpecialiter agitur de Reuerendiſſimo P. Franciſco Varo, qui tamen vnus fuit è præcipuis Oppugnatoribus horum Rituum,

& litt.V.

Digitized by Google

& litt.V. pag.34. poſt medium, vbi P. Fr. Auguſtinus à Sancto Paſchale Ordinis Sancti Franciſci agit de Tabellis mortuorum, quas quidem ſuperſtitione imbutas cenſet Illuſtriſſimus Dominus Maygrot, & propter quas D. Charmot propoſuit Sacræ Congregationi, prohibendas Sinenſibus eſſe omnes Ceremoias erga Confucium, & Mortuos, ibi inter alia hæc habentur in fine = *Pro vltimo dico, quòd, qui à principio erant ſententiæ contrariæ, erant Religioſi Sancti Dominici, & hoc non obſtante, permittunt Tabellas in Eccleſijs de* Hià nan, *ſicut mihi dixerunt quinque Religioſi eiuſdem Ordinis = num.4. litt.CC. pag.44. antè medium, litt.DD. pag.47. ante medium, litt.EE. pag.47. in fine, & num.6. litt.OO. pag.54. circa initium, & pag.55. poſt initium.*

63 De omnium autem omnino Miſſionariorum S. I. perpetuâ, & vniformi praxi ſuperfluum videbatur noua producere Teſtimonia, cùm ea in Sinis ſit notior, quàm vt vlla indigeat probatione; Quia tamen hæc veritas nuper ab aliquibus reuocari cœpit in dubium, ſaltem quantùm ad antiquiores Societatis Miſſionarios, id quidem plurimis argumentis, & Teſtimonijs oſtendi poſſet, & imprimis ipsâ primâ relatione P. Martinij, quam anno 1656. exhibuit Sacræ Congregationi, & cuius autographum, eius manu ſubſcriptum, hîc habemus, vbi pro confirmatione ſuorum dictorum contra expoſitionem Patris Morales hæc aſſerit: *Quod omnium Patrum, qui hactenus in Sinis fuerunt, Teſtimonio probo*; ceteris tamen in præſenti omiſſis, id clarè comprobant ipſamet Sinenſium antiquiorum Teſtimonia, *in Summario num.7. litt.TT. parg.64. poſt medium, & litt. VV. pag.65. poſt med., & litt.DDD. pag. 71. circa medium.*

64 Quod ipſi etiam RR. DD. Clerici ex Seminario Pariſienſi eandem communem praxim re vera ſequuti ſint, manifeſtum fit ex *Summario num.1. litt.O. pag.21. circa medium, litt.P. pag.23. poſt medium, num.2. litt.S. pag.28. poſt medium, litt.T. pag.33. circa medium, num.6. litt.OO. pagina 53. ante medium*, & nominatim de Illuſtriſſimo Domino Maygrot videri poteſt *num.2. litt.T. pag.33. circa medium, num.5. litt.H. pag.49. circa finem, & litt.II. pag.50. circa medium, & num.6. litteris OO. pag.53. poſt medium.*

65 Notandum inſuper eſt, pleroſque Sinenſes Miſſionarios aliorum Ordinum eandem praxim ſecutos eſſe, in eâdem quoq; Prouincia Fokienſi, etiam poſt publicatũ in Vrbe Fo Cheu, Edi-

Digitized by Google

Edictum Domini Maygrot; quin & ipſum Illuſtriſſimum Dominum Maygrot illud in praxi non obſeruâſſe, conſtat ex citato *num.6. litt.OO. pag.53. circa medium*.

66 Ex his autem apparet, quàm iniuſtè de permiſſæ Idololatriæ Crimine in Europa accuſent alios Miſſionarios illi ipſi, qui in China eoſdem ritus partim vſurpârunt ipſi, partim Neophytis permiſerunt, ijs paſſim Sacramenta miniſtrantes, quos certò ſciebant, huiuſmodi ritus exercere.

67 Prætereà Locum hîc habet obſeruatio Illuſtriſs. Andreuillenſis *in Summ. nu.1. litt.P. pag.23. circa finem*, vbi ſic ait = *Et tamen, ſi vera ea eſſent, quæ Sac. Congreg. ab Accuſatoribus contra eos ritus propoſita ſunt, etſi tales eſſent, prout ibi depinguntur, impoſſibile eſſet, vel ſibi imaginari, à tot, & tantis doctrinâ Europæâ, litteraturâ Sinicâ, Religione, & virtute eximijs Viris eos vllo modo potuiſſe tolerari, nedum permitti, etiam poſtquam toties inter omnes Miſſionarios hæc examinata, diſputata, & tot tractatus hinc inde ſcripti, lecti, & relecti fuêre*,

68 Quid autem contra tantam nubem Teſtium, tantàmque, & Europæorum, & ipſorummet Sinarum in ſenſu de his ritibus conformitatem opponi meritò poſſit, non videmus; præſertim cùm in ijs paucis, qui eoſdem ritus oppugnare conati ſunt, tanta appareat inter eorum dicta, & facta contrarietas, tanta etiam in ſingulorum dictis non ſolùm vacillatio, ſed & varietas, & inconſtantia; tanta demum inter eoſdem mutua contradictio, prout ſæpe in alijs ſcriptis oſtenſum eſt.

69 Quid verò de ijs, qui præcipui inter Accuſatores fuerunt, ac de illorum in his rebus auctoritate iudicandum ſit, malumus aliorum verbis, quàm noſtris indicari.

Quæ fides ſit habenda ijs, qui impugnarunt Decretũ Alexandri VII., oſtenditur.

70 Et primùm quidem de R. P. Fr. Ioanne Baptiſta Morales, qui primus has controuerſias excitauit, conſtat ex *Summ. num.1. litt.L. pag.14. in fine, & deinceps*, eum = *Nec ſciuiſſe, nec cognouiſſe litteram Sinicam, antequam iret Romam, nec poſtmodum vſque ad annum 1664. cum primùm litteris Sinicis ſtudere cæpit, dicens, quòd iam recognoſceret ſuum errorem &c., contra quàm tam fidenter vulgatum eſt in Europa* = Conſtat etiam, eum reuerſum in Sinas cum Decreto Innocentij X., illud publicâſſe ſuo nomine verſum in linguâ Sinicam, pluribus in partibus mutilatum, & cum multiplici ipſius Sententiæ mutatione, quod hîc in Europa ſemper negare voluerunt Accuſatores noſtri; Exemplaria verò Sinica huius Decreti ſic mutilati exhiberi poſſunt ad omne mandatum.

71 De P. Fr. Antonio à S.Maria Ordinis S. Franciſci, qui fuit Socius Patris de Morales, oſtendit P.Auguſtinus à Sancto Paſchale eiuſdem Religionis in *Summario Num.2. litt.X. pag.35. circa medium*, eum, quando ſcripſit ſuum tractatum Manilæ anno 1637. minimum ſcientiæ, atque experientiæ habuiſſe in materijs Sinicis; Eundem etiam circa vſum vocum *Tien*, & *Xamti*, poſtea ſententiam, quam ab initio tenuerat, reliquiſſe, & libro in Sinis impreſſo, id ipſum, quod tenent PP. Societatis, ſecutum fuiſſe, ibidem oſtenditur *pag.36. in principio*.

72 In informatione R.P. Fr. Polanci ex ordine S. Dominici, Romæ propoſita anno 1659. non omnia eſſe conformia veritati, habetur ex *Summar. eodem Num.2. litter.S. pag.30. poſt med.*

73 Informationes item eiuſdem P. Polanci, & Illuſtriſſimi Nauarretæ, eſſe contrarias ijs, quæ revera in Sinis fiunt, afferit R. P. Io. de Paz ex eodem ordine S. Dominici in *Sum. n.4. lit.CC. pag.43. in fine*.

74. Reuerendiſſimum P. Varo multifariam erraſſe in ſuis de hac controuerſia ſcriptis, teſtantur Litterati Sinenſes, qui contra eius librum ex profeſſo ſcripſerunt, & quorum opuſcula hìc ſunt, citanturque *Nu.7. litt.XX pag.66.*, *& lit.EEE. pag.71.*

75 Quàm modica verò auctoritas tribuenda ſit paucis aliquot Patribus ex ordine S Franciſci, qui pro contraria parte ſtetiſſe dicuntur, videri poteſt apud ſupradictum P. à S. Paſchale eiuſdem Ordinis in *Sum. Num.2. lit.S. pag.29. in fine, & pag.30., & 42.*

76 Quid demùm de doctrina, & ſcientia ipſius met Illuſtriſſimi D.Maygrot cenſendum ſit, poteſt intelligi ex duobus illius, qui hìc habentur, catechiſmis Sinicis, qui non ſunt aliud, quàm duo folia Sinica, & hæc ipſa non carere defectibus, indicatur in *Summario Numer. 6. litter. OO. pag. 55. in fine*, *& pag.56.* Videri item poteſt *num. 2. litt. S. pag.28. circà med.*

77 Superſedemus autem hoc loco diſtinctiùs explicare, quæ paſſim habentur in Summario de parùm ſyncera agendi ratione modernorum Accuſatorum, ac de nimia ipſorum confidentia in allegandis minùs verè pro ſua ſententia Miſſionarijs viuentibus, & in dignitate conſtitutis, negandoque liberè, quæ certiſſima ſunt, & notoria apud Sinas. Videri tamen poſſunt loca ſignata in *Summ. Num.1. litt.F. pag.9. circà med., & pag.10. poſt medium, & pag.11. circà init., litt.G. pag.11. circà med., litt.K. pag. 14. circà med. numer.*

Digitized by Google

mer.6. litt. OO. pag.55. ante medium, *& pag.56.*, & demum R.P. Auguſtinus à S. Paſchale *num. 2. litt.S. pag.28. circa medium concludit* = eſſe neceſſarium monere Sedem Apoſtolicam, quòd ſint Miſſionarij in Sinis, *qui inuertunt ſenſum illorum*, *quæ legunt*, *vt accuſent*, *& calumnientur alios* =

Eadē veritas facti authēticis teſtimonijs Imperatoris Sinarum, & præcipuorum Pekini Magnatum, ac Præſidum declaratur.

78 Cùm talis eſſet, qualem hactenus expoſuimus, Cauſæ huius ſtatus, dein ab anno 1700. tam magna lucis, & certitudinis acceſſio eidem Cauſæ facta eſt nuperà Imperatoris Sinici declaratione, & plurium Summorum Præſidum, ac Magnatum Pekinenſium Teſtimonijs, vt non immeritò complures Miſſionarij Sinenſes dixerint, iam non eſſe, cur nos Europæi ampliùs dubitemus de his factis, aut diſputemus *Summar. Num.1. litter.H. pag.12. circa fin. litter. P. pag.23. circa initium*, *num.2. litter. Q. pag.27. in principio*, *litt.R. pag.27. in fine*, *num.6. litt.NN. pag.52. poſt medium*.

79 Et quidem non potuimus non vehementer mirari de ijs, quæ ad extenuandam fidem, & auctoritatem huiuſce declarationis per ſummam iniuriam ſparſa audiuimus in Europa.

80 Nam aliqui dicere non dubitarunt,eam fuiſſe ſuppoſititiam, vel confictam à Ieſuitis; alij verò aſſeruerunt, talem declarationem clanculùm, & pro ſola Europa traditam fuiſſe ab Imperatore, & quod nunquam euulganda eſſet in China.

81 Hæc tamen falſa, vel etiam calumnioſa ſuſpicio iam ipſa rei euidentià conuincitur. Imprimis enim plura ad S. Sedem miſſa ſunt ab Illuſtriſſimis Epiſcopis, & ab alijs variorum Ordinum Miſſionarijs, ex diuerſis Chinæ Prouincijs authentica huiuſce declarationis exemplaria,quæ referuntur *in Sum.n.7.lit.RR.pag.62.*

82 Quod autem hoc decretum regium à tabellarijs regijs per maiora Prouinciarum Tribunalia ex aula euulgatum fuerit, non ſolùm perſpicuum fit exemplaribus, quæ ad Sanctam Sedem miſſa ſunt ex varijs Prouincijs, in quibus illa iam impreſſa, & publicata fuerant, ſed etiam expreſſis verbis id teſtatur Illuſtriſſimus Aſcalonenſis *numer. 1. litt. I. pag.13. circa finem*, & Illuſtriſſimus Andreuillenſis *num.1. litt.P. pag.22. circa finem*, & hoc etiam refertur in libello impreſſo Pekini, ſubſcripto, & ſubſignato, cui titulus: *Breuis Relatio &c.* de quo *in Summario Numer. 7. littera RR. pag. 67. & 62.*; qui libellus habetur in fine huius *Summarij pag.97. &c.*

83 Miſ-

83 Miſſus fuit hic libellus, continens relationem regij Decreti, ad omnes Epiſcopos, & Vicarios Sinarum, vt, ſi quid in ea relatione minùs rectè poſitum reperiſſent, de eo vel ipſoſmet Patres, vel S. Sedem monerent; ex quo vel ſolo patet, qua ſynceritate agant PP. Miſſionarij Societatis, & quòd in his controuerſijs ſolo veritatis amore ducantur.

84 Audiuimus etiam, fuiſſe, qui accuſarent Patres Societatis Pekinenſes, quaſi petendo hanc declarationem, voluerint præuertere Sanctæ Sedis iudicium, & Imperatorem Sinarum facere Arbitrum harum controuerſiarum. Id quàm falsò, & iniuriosè dictum ſit; ipſimet PP. Pekinenſes abundè demonſtrarunt, tranſmittentes illico Imperialem declarationem ad S. V. eo ſolùm fine, vt haberetur de ipſo facto, quàm maximè fieri poterat, certa notitia, ſimul expreſsè in ijſdem litteris proteſtantes, quòd totam cauſam (vt par erat) ſoli S. V. iudicio ſubmitterent, id quod etiam in China ſuis Neophytis palàm ſignificare non omiſerunt, vt videre eſt in *Summario Num.1. litt. G. pag.12. poſt med. lit. P. pag.23. poſt initium, & num.6. lit. NN. initio pag.53.*

85 Neque hic videtur dignum refutatione, quod nonnulli dixere, Imperatorem Gentilem non poſſe in teſtem adduci in hac Cauſa, tum quia Gentilis eſt, tum quia inter Idololatricum, & politicum, licitum, & illicitum diſcernere non poteſt. Certè ille non fuit interrogatus, quid politicum, vel Idololatricum, licitum, aut illicitum eſſet; ſed id dumtaxat, quid à Sinis iuxta leges Imperij, & qua intentione hodièque fieret: quod nemo meliùs ſcire poteſt, quàm ipſemet Imperator (quem ètiam Dominus Charmot in *hiſt. Cult. Sinen. pag. 3.*, & alij ſæpe, Principem Sectæ litterariæ appellant) & præcipui Magnates, ac Tribunalium Præſides, præſertim Rituum, qui idem Decretum Imperatorium ſuis teſtimonijs confirmauere.

86 Inſuper Illuſtriſſimus Dominus Maygrot in declaratione ſui mandati, & Reuerendiſſimus P. Fr. Franciſcus Varo in ſuo tractatu aſſerunt, *in his rebus, & pro vera intelligentia doctrinæ, ac textuum Sinicorum, ſtandum eſſe Iudicio ipſorummet Sinenſium.*

87 Quantum verò intereſſet, huiuſmodi declarationem ab Imperatore petere, & obtinere, iam antea nos monuerant Auctor Apologiæ Dominicanorum *cap.6. pag.99. editionis Italicæ*, & D. Charmot. *in Continuatione hiſt. Cult. Sinen. pag.126. num.143.*, quorum verba paulò infrà referemus *num.101.*

Digitized by Google

num. 101., & Illuſtr. D. à Lyoniſſa in ſuo reſponſo impreſſo ad Emum, & Rmum D. Cardinalem Mareſcottum *pag.* 40. *circa med.*

88 Quo loco duo præcipuè notanda videntur. primum, quid facturi fuiſſent Accuſatores Rituum Sinenſium, ſi in hac ipſa declaratione Imperator, prout facere ſolet in alijs oblatis eidem libellis, aliquid mutaſſet, aut correxiſſet, vel ſi reſponſum dare recuſaſſet, multoque magis, ſi aliam oppoſitam pro ſententia ſua declarationem illis impetrare ab eodem Imperatore licuiſſet. Nam cùm præcipuus eorum labor hactenus fuerit, in libris Sinicis anxiè quærere etiam antiquorum Imperatorum dictum aliquod obſcurum, & ambiguum, quod ad ſententiam ſuam confirmandam violenter detorquerent; quanto maiorem vim tribuiſſent claræ, expreſſæque declarationi modò regnantis Imperatoris, de his ritibus, ſecundùm præſentem rerum ſtatum authenticè reſpondentis; eòque magis, quia in eiuſdem Imperatoris vno, vel altero dicto, excerpto vel ex libris ſub eius nonine editis, vel ex aliquo Imperiali elogio, & quod minùs bene intellectum ſibi fauere credebant, tantum ad huius Cauſæ Statum cognoſcendum robur auctoritatis ineſſe iudicarunt.

89 Secundum. Quòd ſi Sinæ iuxta ſuam doctrinam, ritus ſuos facerent erga Confucium ac defunctos progenitores, ad recognoſcendam aliquam in illis Diuinitatem, aut poteſtatem humanâ maiorem, perinde temerarium, ac ſtultum fuiſſet, petere ab Imperatore Sinarum prædictam declarationem, ac ſi quis Chriſtianus Conſtantinopoli degens peteret ab Imperatore Turcarum, vt declaret, Mahometem non haberi à Turcis pro Sancto, aut Propheta, neque vt talem ab illis coli, aut colendum eſſe.

90 Duplicem quoque vtilitatem ex hac regia declaratione ſperabant Patres Pekinenſes. Primam, quòd hic videretur efficaciſſimus, & compendiarius modus, quo veritas facti authenticè comperta haberetur, ac deinceps etiam facilè de ſenſu totius Imperij conſtare poſſet. Alteram, vt hæc ipſa authentica Imperatoris declaratio, vbique per totum Imperium euulgata, & in præcipuis vrbibus impreſſa, prout factum eſt, eſſet quaſi pro publica, ac perpetua Chriſtianorum proteſtatione, & illuſtre ſimul inter ipſoſmet Gentiles veritatis teſtimonium.

91 Quod præterea à nonnullis alijs intelleximus obijci, nempe Imperatorem non ſecundùm propriam ſententiam, ſed potiùs in gratiam interrogantium reſpondiſſe, Id quàm indi-

gnum

gnum ſit, de tanto Principe vel ſolùm ſuſpicari, nemo non videt. Præſertim cùm non priuatim, nec obiter vno verbo reſponderit, ſed pluribus verbis reſcripſerit, decretumque dederit, re ipſa authenticum, cuius vnum exemplar repoſitum fuit in Archiuio Imperiali ad perpetuam rei memoriam, & alterum in Archiuio Collegij Pekinenſis S. I. vt videre eſt in dicto *ſuperiùs libello Relationis Pekini impreſſo pag.*102. *in fine*.

92 Aliunde etiam in *Summario numero* 7. *litt. HHH. pag.* 72. *in fine*, *&* *num.*8. *litt. XXX. pag.*82., *&* 83. videri poteſt, quòd eadem doctrina, quæ in hoc Decreto regio explicatur, ſatis clarè in libris ſub nomine eiuſdem Imperatoris iamdudum editis, ſub titulo, *gekiam*, contineatur; & propterea eos libros perperam pro aduerſa ſententia allegari, obſeruat Illuſtriſſimus Aſcalonenſis *num.* 1. *litt. E. pagina* 7. prope finem.

93 Quàm autem hæc regia declaratio conformis fuerit tum receptæ in Sinis doctrinæ, tum Communi totius Nationis ſenſui, tunc manifeſtè patuit, quando id ipſum Decretum in toto Imperio fuit publicatum, quod vtique nec ſine tumultu, & perturbatione fieri potuiſſet, vt ipſi Accuſatores aliquando fatebantur; nec Imperator etiam pro ea, qua pollet, prudentia, & politica, id vnquam permiſſurus fuiſſet, ſi re vera aliquid contra communem perſuaſionem, & doctrinam totius Nationis, rituum, morumque ſuorum tenaciſſimæ, in eo declararetur.

94 Luculenta verò ſummorum Litteratorum teſtimonia, prædictę Imperiali declarationi omninò conformia, indicantur in *Sum.n.*7. *litt. SS. pag.* 62., & pleniùs referuntur in libello addito in fine huius Summarij *pag.* 107. *&c.*

95 Eadem doctrina confirmatur ex pluribus aliorum Litteratorum tum gentilium, tum Chriſtianorum teſtimonijs, ſupra indicatis ex *Summario toto num.*7. Nec etiam hac in re parui facienda eſt authoritas Litteratorum Chriſtianorum, vt aduertit Illuſtriſſimus Aſcalonenſis in *Summ. nu.* 1. *litt. M. pag.*19. *poſt medium*; præcipuè quando hanc ipſam doctrinam libris publicè à ſe editis, & in Imperio diuulgatis, profeſſi ſunt, qui libri non ſolùm à Schola Sinica non ſunt reiecti, ſed etiam ab alijs non raro præcipuis gentilibus Litteratis fuere approbati, & paſſim recepti.

96 Demum & alios fuiſſe audiuimus, qui dicerent, hoc decretum parùm admodum ad præſentem cauſam conducere; cùm ferme nihil eorum, quæ ad factum harum controuerſiarum pertinent, in eo declaretur. Verùm non videntur

Digitized by Google

illi ſatis attendiſſe ad id, quòd eſt veluti caput earumdem controuerſiarum, & ex cuius declaratione reliqua facilè intelliguntur. Illud autem in eo poſitum erat, vt certò conſtaret, iuxta communem nationis Sinicæ intentionem, Confucium ſolùm honorari, vt Magiſtrum, & Progenitores ſolùm coli ex filiali affectu, ob beneficium generationis ab illis acceptum; Ideòque reuerentiam, & honores, qui illis exhibentur, eſſe tantummodo ſignificatiuos, & proteſtatiuos gratitudinis diſcipulorum erga Magiſtrum, & filiorum erga parentes defunctos, neque ab illis quidquam peti, aut ſperari, nec horum animas in tabellis (non ad aliud, niſi vnicè ad conſeruandam defunctorum memoriam erectis) credi præſentes. Atqui hæc omnia expreſſis, & diſtinctis verbis non ſolùm continentur in declaratione regia, ſed inſuper ipſemet Imperator vltro, & per ſe addit = *Hanc omnino eſſe vniuerſalem, & legitimam totius Imperij Sinici doctrinam*; vt diſtinctiùs videri poteſt in ipſo Decreto, cuius exemplar Tartaricum, & Sinicum, vna cum verſione latina vtriuſque, habetur in libello Pekini impreſſo, *pag.*101. *& pag.*104.

97 Hinc eſt, quòd variorum Ordinum Miſſionarij Sinenſes, qui res coràm inſpiciunt, de releuantia, ſeu valore huius Decreti tam præclarè teſtati ſint, prout in *Summ.num.*1.*litt.F. pag.* 10. *circà med.*, *litt. G. pag.*11. *circa medium litt. H. pag.*12. *in fin. & tota pag.*13., *litt I. eadem pag.*13.*litt.K. pag.*14. *in principio litt.P. pag.*22. *poſt medium*, *& pag.*23. *& pagina* 24. *poſt initium, numero* 2. *litt.Q. pagina* 27. *in principio litt.R. pag.*27. *in fine num.*3. *litt.BB.pag.*43. *ante medium num.*6. *litt.HH. pag.*52. *poſt medium*.

Legitimus inter Sinas ſenſus vocum Tien, & Xamti (*quibus quandoq; Deus deſignatur*) *oſtẽditur*.

98 Secunda huius Cauſæ pars, quæ ſpectat vſum nominum Sinicorum *Xamti*, & *Tien*, videtur nunc facilè, ac breuiter expediri poſſe. Imprimis ergo aſſerimus, iſta nomina per ſe, & ex vi ſuæ ſignificationis, notitiam vnius ſupremi rerum omnium Domini perfectè intelligentis, & gubernantis omnia, ingerere, eamque ſignificationem etiam nunc à Sinis agnoſci: id quod patet apertiſſimis teſtimonijs, quæ referuntur in *Summario toto num.* 8., *& num.* 2. *litt.R.pag.*27. *circa medium*, vbi Miſſionarius ex Ordine S.Franciſci expreſsè teſtatur, modernum Proregem Prouinciæ Nankinenſis in Metropoli *Ngam Kim* coram ſe, alteri Miſſionario ex Seminario Miſſionum Pariſienſi, pluribus rationibus demonſtrare conanti, dari Deum, ſeu *Tienchu*, hiſce verbis reſpondiſſe = *Pater, quid te fatigas in hoc? omnes nos Sinenſes credimus, quòd ſit vnus Dominus in Cœlo, & quando dicimus Cœlum, intelligimus Dominum huius Cœli* =

li =

Digitized by Google

li = & R. P. Fr. Baſilius de Glemona Vicarius Apoſtolicus in ſuo Dictionario, quod publicum fecit anno 1694. (& quod maximè notandum eſt, poſt mandatum D. Maygrot) litteram *Tien* explicat in hunc modum = *Tien, Cœlum, tam pro materiali, quàm pro ibi habitantibus, Cœli Moderator Deus* = *Summario numero* 8. *litt. LLL. pagina* 76. *poſt medium*.

99 Hæc autem certiora adhuc, & magis aperta redduntur ex ipſa ſupra memorata Imperatoris Sinici declaratione, in qua expreſsè habetur. I. quando agitur de colendo Cœlo, Sinicè *Tien*, non *intelligi Cœlum materiale, & viſibile*. *II. Intelligi Cœli, Terræ rerumque omnium auctorem, ac Dominum*. III. Hunc modum ſignificandi nomine Cœli ipſum Cœli Dominum, ſimilem eſſe illi vſitatiſſimo inter Sinas loquendi modo, quō nomine aulæ regiæ ipſemet Imperator ſignificatur. IV. In hunc eundem ſenſum re vera intelligendas eſſe litteras illas *Kim Tien*, ideſt Cœlum Colito, quas ipſe manu propria ſcriptas PP. Pekinenſibus dedit: videri poſſunt *pag*.107. & *pag*.104.

100 Ex quo colligitur, quàm inconſideratè iactatum fuerit, Sinicum Imperatorem has litteras exaraſſe, ac donaſſe Patribus illis, ea intentione, vt ad colendum Cœlum materiale inuitaret, vel ſaltem, vt id ipſum illi, qui has litteras legerent, intelligerent. Nam quis verus harum litterarum ſenſus, quæue ſcribentis illas intentio fuerit, nemo certiùs declarare potuit, quàm Imperator, qui ſcripſit. Quibus accedit, quòd hic ſenſus non obſcuris verbis etiam in libris illis, *ye Kiam*, dictis, & ſub nomine huius Imperatoris ante plures annos in lucem editis, varijs in locis indicatur, vt oſtenditur in *Summario numero* 8. *litt. XXX*. *pag*.82., & 83.

101 Audiendus videtur hac de re D. Charmot in Continuatione Hiſtoriæ *Cult. Sinen. pag*.126. *num*.143. ibi = *ſanè, vt verba illa, Cœlum Colito, excluſo ſenſu Atheiſtico, & Idololatrico, Deum verum, & viuum ſignificarent, non ſatis foret, vt Imperator, tabellam Ieſuitis tradens, ſic ea ſe intelligere declaraſſet, quod tamen nequaquam fecit, vt ipſimet Ieſuitæ fatentur, ſed vel eam explicationem in ipſamet tabella ponere debuiſſet, vel publico edicto illam declarare* = Simili aſſerit Auctor Apologię Dominicanorum *cap*.6. *pag*.99. editionis Italicæ ibi = *Si Imperator declaraſſet, edicto per totam Chinam publicato, verba Kim Tien nihil aliud ſignificare, quàm quod Chriſtiani intelligunt per iſta: adora Deum Cœli; aſſentirer, Patres Ieſuitas potuiſſe ſinè culpa conſer-*

uare has tabellas, quibus illa verba Sinica inſcripta ſunt, & illos potuiſſe vti indifferenter duabus iſtis expreſſionibus.

102 Inſuper, quòd ſecundùm legitimam doctrinam Sinicam per voces *Tien*, *& Xamti* intelligatur verus rerum omnium Dominus, & Gubernator ſummè intelligens, quem Miſſionarij *Tien chu*, ſeu Cœli Dominum appellant, præter Imperatorem, ſupremi etiam Tribunalium Pekinenſium Præſides, & præcipuæ eruditionis, ac litteraturæ Sinicæ fama celeberrimi viri teſtantur, quorum teſtimonia in eodem libello impreſſo Pekini, & addito ad finem huius *Summarij pag.107., & deinceps; Itemque num.7. litt.SS. pag.62. & 63.* referuntur.

103 Et hæc quidem omnia ex eo etiam præcipuè capite æſtimanda videntur, quòd non obſcuram notitiæ veri Dei confeſſionem contineant, nec mediocriter conducant ad eundem rerum omnium verum Dominum ijs gentibus pleniùs oſtendendum, & ad honores, vero Deo debitos, eidem vendicandos. Quantum verò abſurdum eſſet, eos nolle audire, vel etiam refellere, qui vltro fatentur, ſe eundem rerum Dominum, quem illis prædicamus, naturæ lumine ductos per has voces agnoſcere?

104 In eodem libello ſub finem varia de antiquiſſima Sinarum traditione documenta adduntur, ex quibus item abundè apparet, non obſcuratum adeò Sinenſes cor habuiſſe, quin aliqua ſaltem inter illos de veri Dei, ijſdem nominibus ſignificati, agnitione veſtigia inuenirentur. videri item poteſt *Summ. num.1. litt.M. pag.16. poſt medium*.

105 Demum mirandum videtur, quod RR. DD. Seminarij Pariſienſis hoc nomen *Tien* tantoperè ſuſpectum, ac pro Idololatrico habeant, cùm conſtet, illos eodem nomine vſos eſſe in Sinis ad ſe deſignandos, in publicis etiam inſcriptionibus, hunc ſibi titulum attribuentes: *Tien Hio Su*, ideſt *Cœli doctrinæ Magiſtri*: quo pariter titulo ſe compellauit Illuſtriſſimus Dominus de Lionne in ſupplici libello, Tribunali Pekinenſi oblato, qui poſtea noſtris Patribus traditus, aſſeruatur in noſtro Archiuio Pekinenſi. Quòd ſi idem eſſet apud Sinas nomen Cœli, ac apud Europæos nomen Iouis, vt ipſi Accuſatores ſæpiùs affirmauere, quis Chriſtianus auderet ſe Iouis doctrinæ Magiſtrum appellare? *Summario Num. 6. litt. LL. pag. 51. circa finem*.

106 Ceterùm hìc aduertimus, voces illas *Tien*, & *Xamti* proprias Miſſionarijs, atque ordinarias non eſſe, nihilominus illi non iudicarunt, ſibi eſſe ab his penitùs abſtinendum;

quia

Digitized by Google

quia & ex lectione librorum Sinicorum, & ex propria experientia compertum habuere, illarum vſum maximæ eſſe vtilitatis ad Sinarum gentilium conuerſionem, vt ipſe Illuſtriſſimus Dominus Beritenſis aſſeruit in ſuis ad S. C. P. reſponſis, vbi dicit, multos in China conuerſos fuiſſe, videndo in antiquis ſuis libris fundamentum huiuſmodi aſſertionis, qua Miſſionarij Sinenſes affirmant, antiquos Chinæ Philoſophos vocibus *Tien*, & *Xamti* Deum intellexiſſe, quem nos Chriſtiani colimus; & hac in re Miſſionarij Sinenſes imitati ſunt Apoſtolum Paulum, qui cùm inueniſſet Athenis Aram, *Ignoto Deo* inſcriptam, non dubitauit eo nomine vti, ad inſinuandam illis gentilibus veri Dei cognitionem, dicens *Act. 17. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis; Deus, qui fecit Mundum, & omnia, quæ in eo ſunt &c.*

107 Nec mirum, quòd eiuſmodi methodus tantum fructum tulerit, cùm & ipſimet Imperatori magnoperè probata fuerit, qui propterea libros Sinicos PP. Riccij, & Aleni, in quibus hæ voces *Xamti*, & *Tien* in hoc ſenſu de Deo vero exponuntur, iuſſit è lingua Sinica in Tartaricam verti, & in Regia Bibliotheca reponi, quos libros, Tartaricè interpretatos, è China huc attulimus. Hi ſunt libri illi, de quibus ſcripſit R. P. Sarpetri ex Ordine S. Dominici in Opuſculo impreſſo *de Deo vno, Trino, ac vero &c.* agens contra quoſdam, qui contendebant, eos propter earumdem vocum vſum prohibendos eſſe: *Timeo, ne ſit tentatio Dæmonis, cui valdè diſplicent libri tam proficui Ven. P. Matthæi Riccij, aliorumque Doctorum Miſſionariorum, & qui, cùm alia via non poſſit, ſatagit, mediante quorundam zelo, profectum auertere, quem ex illis faciunt Sinæ &c.* id quod pluribus explicat *eodem libro pag. 33.*

108 Poſitis his, quæ proximè indicata ſunt, ſuperfluum videtur pluribus oſtendere, quàm ſit vtilis, ſimulque innocuus, remotuſque ab omni periculo vſus Tabellæ *Kim Tien, Cælum colito*, quam Imperator propria manu deſcripſit, & PP. noſtris Pekinenſibus ante plures annos dono dedit, quæque tum Pekini, tum pluribus alijs in Vrbibus, in ſignum beneuolentiæ Regiæ erga Chriſtianam Religionem, & pro tutela Eccleſiarum, expoſita fuit à pleriſque variorum Ordinum Miſſionarijs, non tamen in ipſis Altaribus, aut in loco, vbi aliquis ei cultus tribueretur; ea verò non ſemel aduerſus Infidelium inſultus aliquibus Eccleſijs pro defenſione fuit, vt Reuerendiſſimus P. Varo Dominicanus teſtificatur de duabus Eccleſijs in Ciuitatibus

Him

Digitized by Google

Him tem, & *Fo Gan*, in epiſtola ad P. Ferdinandum Verbieſt 28. Februarij anno 1682. ſcripta ex Focheu; & Reu. P. Fr. Petrus de la Pinnuela Ordinis Sancti Franciſci in epiſtola data ad P. Thomam Pereyra ex Kancheu 28. Iunij 1690. Hæ autem litteræ & explicabantur à Miſſionarijs, & intelligebantur communiter à Sinenſibus de vero Deo, qui vnicè colitur à Chriſtianis. Iam verò cum Imperator claris verbis, & authentico Decreto declarauerit hanc ipſam genuinam horum verborum ſignificationem, nullus ampliùs dubio locus ſupereſſe videtur. De his litteris *Kim Tien* mentio habetur *in Summario Num. 3. litt. BB. pag.* 43. *circa initium Num.* 8. *litt. KKK. pag.* 75. *litt. LLL. pag.* 76. *litt. RRR. pag.* 80. *litt. SSS. pag.* 81.

Summum, certũque periculum, quod toti Miſſioni Sinicæ imminet ex impugnatione, & mutatione eorum Rituum, quos Alexand. VII. permittendos cenſuerat, indicatur.

109 Ad extremum poſt tot, tamque grauia expoſita Cauſæ noſtræ fundamenta, facere non poſſumus, quin S. V. humiliter repræſentemus id, quod nobis ſpeciatim iniunctum eſt ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Epiſcopis, & Vicarijs Apoſtolicis, qui nos Procuratores ſuos conſtituere dignati ſunt, nimirum in quantum diſcrimen motæ denuo iſtæ controuerſiæ totam Miſſionem Sinicam adducant, & quantò maius eidem periculum immineret, ſi quid innouaretur contra communem praxim, à tanto iam tempore ex tam grauibus fundamentis receptam, ac Pontificio inſuper Decreto confirmatam, quemadmodum & ipſimet DD. Epiſcopi, & Vicarij Apoſtolici, & ceteri Miſſionarij exponunt *in Summario Num. primo litt. A. pag.* 5. *litt. B. pag.* 6. *Item litt. F. pag.* 8. *circa finem*, *& pag.* 9. *circà med.*, *litt. G. pag.* 11. *poſt medium*, *& pag.* 12. *ante medium*, *litt. K. pag.* 14. *ante med. num.* 2. *litt. X. pag.* 37. *poſt initium*, *& denuò in fine*, *& litt. P. pag.* 24. *tota num.* 3. *litt. BB. pag.* 43. *circa med.*, *& num.* 7. *litt. BBB. pag.* 70. *ante med.*, *& in cit. libello ad finem Summ. pag.* 137. Prout etiam S. V. pleniùs cognoſcere potuit ex pluribus litteris eorundem Epiſcoporum, & Vicariorum Apoſtolicorum Sinenſium ad S. Sedem miſſis; vt nihil hoc loco dicamus de plurimis Europæ Epiſcopis, qui quantum Decreto Alexandri VII. deferant, quantumque ex qualibet aduerſus illud innouatione, periculum timeri poſſit, ſuis litteris, quæ S. V. traditæ ſunt, ſignificarunt.

Oblatæ ſunt Suę Sãctitatiſ ſuper hac cauſa Epiſtolæ quatuor Epiſcoporum Chinæ, 84. *Epiſcoporum Galliæ, omnium Epiſcoporum Luſitaniç, aliorumque, atque in his vna, totius Germaniæ, & Hungariæ nomine ſcripta.*

110 Quæ cùm ita ſint, ſuppliciter orant, & obteſtantur S. V. Reuerendiſſimi Sinarum Præſules, & maior pars Miſſionariorum, omneſque Chinæ Neophyti, vt nihil aduerſus ea, quæ ſuperiùs ſtabilita ſunt, innouari patiatur, quinimo confirmare omnino dignetur Sanctiſſimi ſui Prædeceſſoris

Ale-

Digitized by Google

Alexandri Septimi Decretum, tanta cum maturitate, & conſideratione, poſt auditas etiam vtriuſque Partis Informationes, editum, tamque diuturno, & communi vſu obſeruatum; ſimulque abrogare contrarium eidem Pontificio Decreto mandatum Domini Maygrot, vtpote inconſulta Sancta Sede, & ſine ſufficienti, vt oſtenſum eſt, fundamento, promulgatum; Oramuſque ad extremum humiliter S. V., vt quæcumque in eius mandati defenſionem allata fuerint, nobis communicari iubeat, facilè, vt ſperamus, oſtenſuri, ea omnia leuia eſſe, atque inſubſiſtentia, præſertim, quæ ex Sinicis libris produci poſſunt, quos quidem ab Accuſatoribus noſtris, vel perperam intelligi, vel in alienum ſenſum detorqueri, ipſimet Sinæ, & teſtantur, & conqueruntur.

Deducta in hoc Memoriali ſolidè ſubſiſtere pro veritate cenſeo. Dominicus Vrſaya Aduocatus.

Idem cenſeo, & approbo Gaſpar Turchus &c.

Digitized by Google